MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80540-23

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

AUTHOR:

BRANDSTATER, FRANZ

TITLE:

DE PARONYMIS GRAECIS IN IPEES

PLACE:

GEDANI

DATE:

1852

Master Negative #

92-80540-23

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Brandstäter, Franz August,

De paronymis Graecis in -ιτης terminantibus, commentatus est Franciscus Augustus Brandstäter... Gedani, typis Edwini Groeningii, 1852.

40 p. 24½ cm.

On cover: Programm...des Städtischen gymnasiums zu Danzig...

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm

REDUCTION RATIO: 13x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4/8/92

INITIALS F.C.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

PROGRAMM,

womit

zu der auf Donnerstag den 1. April 1852 angesetzten

öffentlichen Prüfung der Zöglinge

des

städtischen Gymnasiums
zu Danzig

ergebenst einladet

Dr. Fr. Wilh. Engelhardt,

Director.

Inhalt.

Danzig,
Druck von Edwin Groening.
1852.

De Paronymis Graecis

in —ΙΤΗΣ terminantibus

commentatus est

Franciscus Augustus Brandstäter,

Phil. Dr., superiorum Gymnasii Gedanensis ordinum præceptor.

Gedani,

Typis Edwini Groeningii.

1852.

De Paronymis Graecis

per terminationem —ίτης derivatis.

Quis non noverit illa, quae Carolus Lachmannus, acutissimus inter chorizontes nostrae aetatis, de compositione Iliadis disputavit? Quae antequam cognita haberem, interdum in legenda Iliade et maxime libro secundo multiplici haesitabam dubitatione. Praesertim Thersites ille Homericus, qui velut monarchiae obtrectator antiquissimus et demagogorum prototypus videtur, cujus formam et habitum singularem vel post Doederleinii disputationem alii aliter intelligent, et qui crudeliter et injuste apud Homerum tractatus ab Ulysse, crudelius et injustius ab Achille apud simiam Homeri, Quintum illum Smyrnaeum, commiserationem aliquam movere potest, complurium mihi quaestionum causam praebuit. Jam primum in nominis forma haerebam, et mihi ipsi quasi scrupulum injiciebam, utrum illud nomen absonum esset a forma nominum Graecorum, an haberet aliquam cum aliis originis similitudinem. Ita factum est, ut ad universam multitudinem nominum Graecorum, quae per terminationem —ίτης derivantur ab aliis, diligentius paulo animum attenderem, et adhibitis ad duo millia illorum, insuper etiam femininis in —ῖτις et adjectivis in —ιτικός, —ιτανός etc., ordines quosdam et cohortes instituerem. Ceterum non dubium mihi est, quin futurum sit, ut quum in colligenda tum in disponenda materia quaedam me fugerint; quam multa enim ejus generis in lexicis nostris sint omissa, nemo fortasse me melius cognitum habebit. Age incipiamus spinosam haucce quaestiunculam et a solitis opusculorum scholasticorum argumentis longe recedentem, et Lobeckii mei, argutissimi scrutatoris in hac litterarum Graecarum parte, vestigia legentes ex ordine cuncta percenseamus.

A. Nomina per terminationem —ίτης derivata.

I. A Substantivis primae Declinationis.

§. 1.] 1. Ab Oxytonis in —ή non multa sunt nomina quae originem trahant: ἀκτίτης Küstenbewohner, e. gr. λίθος Soph. fr., καλαμευτής Phan. in Anth.; augites Leuchtstein; κεφαλίτης Eckstein (ita Lexx., sed κεφαλήτης secundum Hesychium, v. Lob. Phryn. 700. Hemst. Plut. p. 392.); σκηνίτης Zeltbewohner,

Schauspieler; *σφαγίτης* vel potius *σφαγῖτις φλέψ* Drosselader, a *σφαγή* quod vocabulum etiam guttur significat; *φυλακίτης* Gefangener. His adnumeranda erunt fortasse: *μορτίτης* (*γεωργὸς*), quamquam *μόρτη* scribitur apud Eustath. — Huc accedunt gentilia, ut *Ἐπωπίτης* Corinthius; ap. Strab. *Ἰνδικῖται* (v. l. —*ῆται*) gens Hispaniae; deinde derivantur a nominibus urbium in —*αί* desinentibus: *Κελαινίτης* in Phrygia, Archias; *κόλπος Παγασίτης* in Thessalia (i. q. *Παγασαῖος*), in ep. Phil. apud Demosth.; *Περιστερίτης* in Phoenice. — Ab his paululum recedunt duo nomina localia in —*αΐτης* terminantia: *Μυλαΐτης* in Sicilia, Polyb.; *Συκαΐτης* prope Constantinopolim, Steph. Byz. — Venus **Architis**, quam ab Assyriis coli dicit Macrob., fortasse barbaro nomine appellatur.

§. 2.] 2. **Ab Oxytonis in** —*ά* paucissima haec: *πλευρίτης* zur Seite gehörig, —*ῖτις* Seitenstechen, Anthol., *νευρίτης* sehnig, quod quidem etiam a *νεῦρον* possit repeti. Ab urbe *ἡ Σαβά*, quae est in sinu Arabico, derivatur paulo liberius *τὸ Σαβαϊτικὸν στόμα* ap. Strab., fortasse ut integra sit vox urbis, quae nullum videtur habere declinatum. Aliter se habet *Ἰστριανίτης* a fem. *Ἰστριανά*, quae est urbs ad sinum Arabicum.

§. 3.] 3. **A Paroxytonis in** —*η*, praeter *ἀλίτης*, de quo infra disputabitur, haec derivantur: *δαφνίτης* lorbeerartig, mit L. gekrönt; elatites Blutstein, ap. Plin.; *ζυμίτης* (*ἄρτος*) gesäuertes Brot, Philostr. I.: *ζωνίτης* gegürtelt; *καλαμίτης* zum Schilfe geh., calamites Laubfrosch, ap. Plin. et praeterea etiam loco n minis proprii (de quo infra); *καλυβίτης* ap. Strab. Hüttner; *κογχίτης* Muschelmarmor; (v. descriptionem ejus ap. Paus. Att.); *κορυνίτης* keulenartig; *κρηνῖτις* sine masc. zur Quelle gehörig, (v. Steph. Thes., Hippocr. 1278, 43. Abresch. lect. Arist. 10); *κυψελίτης* zum Bienenstocke geh., Etym. M.; *λογχίτης* (etiam *λογχήτης*) lanzenartig, Lanzenträger; *λογχῖτις* Kraut mit lanzenartigem Samen, Plin., Diosc.; *μολοχίτης* Edelstein, malachites Plinio; *μυλίτης* Mühlstein, et *μυλῖται ὀδόντες*; *μυῤῥινίτης* vel *μυρσινίτης* Myrtenwein, Diosc., Colum., Pallad., gemma quaedam ap. Plin., praeterea species euphorbiae, quae etiam *μυρτίτης* appellatur. (Aliter se habet *οἶνος μυρτίτης*, de quo infra; *μυῤῥίνης οἶνος* ap. Athen. tantum per errorem nominatus videtur, quamquam cf. Casaub. ad Ath. 72); *ποιμνίτης* hirtenmäßig; *ῥητινίτης* Wein mit Harzgeschmack; *σεληνίτης* aus dem Monde, ihm ähnlich, etiam lapis selenites et selenitis ap. Plin.; *σκαφίτης* Bootführer (quod quidem etiam a forma *σκαφὶς* possit derivari); *σπαθίτης* Palmwein; *στηλίτης* zur Säule gehörig, auf ihr stehend oder eingeschrieben, etiam debitor aerarii publici, cf. intpp. Arist. rhet. 2 et Steph. Thes.); *τρωγλίτης* Höhlenschwalbe; *φιαλίτης ἀριθμός* arithm. Aufgabe über Trinkschalen; *σφενδονίτης* Schleuderer (pro hac forma possit etiam *σφενδονητής* scribi, quod a verbo repetundum erit, falsa lect. *σφενδονιτής*) etiam nomen est incolarum in Gymnesiis insulis; *τεχνίτης* Künstler (ap. seriores scr. etiam *τεχνήτης*): *χελωνίτης* von der Schildkröte, ihr ähnlich, cui subjiciatur chelonitis et lapis et herba ap. Plin., insulae Chelonitides in sinu Arabico, quarum incolae Steph. Byz. sunt *Χελωνῖται*, et promontorium Elidis *Χελωνίτης* ap. Ptol., Chelonitis ap. Plin., aliis *Χελωνάτης* appellatum; *ὠλενίτης* zum Ellbogen gehörig.

§. 4.] His adnumeranda sunt multa localia: *Ἀλκμηνίτης* ad Pontum; *Ἀλοπίτης* in Thessalia; *Ἀργαντίτης* in India, Steph. Byz.; *Ἀσταρτίτης* prope Aethiopiam; *Ἀτρηνίτης* in Phrygia; *Ἀφακίτης* in Libya; *Βαβυλίτης* in terra Odrysarum, Lex.; *Βαρκίτης* tum in Libya tum in Bactriana, Steph. Byz.; *Βιζωνίτης* in

Ponto; *Γαργίτης* in Libya; *Δαΐτης* in Arabia; *Δαφνίτης* prope Antiochiam; *Διοπίτης* in Arabia; *Ἐλευίτης* prope Atticam; *Ἐνισπίτης* in Arcadia; *Ζαδραμίτης* in Arabia; *Θερμίτης* in Sicilia; *Θουλίτης ἴσως*, ut ait Steph. B.; *Ἰοπίτης* in Palaestina; *Ἰσμηνίτης* in Boeotia; *Ἰωνίτης* Antiochenus; *Καλυβίτης* in Thracia; *Καρδαμυλίτης* in Messenia; *Καρκινῖτις* (etiam *κόλπος Κ.*) in Chersoneso Taurica, quae apud eundem Steph. omnia leguntur, *Καρκινίτης* etiam ap. Strab.; *Καρμανίτης* in Perside, Ptol.; *Καρνίτης* in Phoenice; *Κατακεκαυμενίτης οἶνος* prope Mysiam, etiam ap. Plin. catacecaumenites vinum; *Κοροκονδαμῖτις* (vel —*μῆτις*) *λίμνη* ad Bosporum Cimmerium, Strab.; *Κωνωπίτης* in Aetolia, Steph. B.: *Λυκοσθενίτης* in Lydia; *Μαλσανίτης* in Arabia; *Μαριαμμίτης* in Syria ap. eundem; *Παλληνίτης* in Macedonia; *Πεμπτίτης* in Aegypto; *Πιτανῖτις* in Aeolide; *Πλινθινίτης* in Aegypto; *Πολιχνίτης* t m in Laconica, tum in Creta etc., Herod.; *Πορδοσεληνίτης* prope Mysiam, Steph.; *Σιγίτης* in Troade, d.; *Ῥυμίτης* fortasse tantum appell.; *Σεληνῖται* in Arcadia et Etruria; (de accentuatione *Σεληνίται* v. infra et Casaub. ad Athen. 117); *Σινωπίτης* in Paphlagonia, Dionys. P., Anthol.; *Σκαπτησυλίτης* in Thracia, Steph. (Herodotus quidem dicit separatim *Σκάπτης Ὕλης*, sed, quod notandum, tantum secunda positione); *Σταφυλίτης Διόνυσος* ap. Aelian.; *Συηνίτης* in Aegypto (—*ήτης* ap. Steph. B.), Syenitae ap. Ovid., syenitis lapis ap. Plin.; *Ὑβελίτης* prope Carthaginem, Hecat.; *Ὑσβίτης* in Lydia, St. B.; *Ὑωπίτης* in Asia minore; *Φαλωρίτης* in Thessalia; *Χαλκίτης* in Libya, ap. eundem; *Χαρμανδίτης* in Armenia; et iterum repetendum *Χελωνίτης*. Praeterea sunt aliquot locorum nomina pluralia in —*αι* terminantia, a quibus vocabula in —*ίτης* derivantur, ut *Ἀκεσίτης* in Macedonia; *Ἀκονίτης* in Bithynia; *Σταθμίτας οἶνος* in Laconica, cujus oppidum *Στάθμαι*, ap. Aelian., sed illorum major numerus in formandis ejus generis paragogis abundantiam quandam terminationis prae se fert, ita ut vocabula exsistant in —*αίτης*, —*αΐτης*, —*οίτης* vel —*οΐτης*, —*ηΐτης*, —*ιάτης*, qua de re infra erit disputandum.

Quae ab urbium nominibus in —*όη* terminantibus derivantur, plerumque habent —*οΐτης*, ut *Ἀρσινοΐτης*, *Μεροΐτης* Steph. B., *Ῥοδοΐτης*, quod et *Ῥοδοήτης* scribitur.

Quibus in derivatis utrum *οι* simul an seorsim pronunciandum sit, haud facile dixeris, multa enim in talibus rebus ex arbitrio et consuetudine scriptorum, multa etiam ex usu dialectorum et aetatum linguae pependisse veri est simillimum. Attamen constat aliquoties discriminis causa hanc vel illam derivationis formam huic vel illi urbi quasi soli reservatam fuisse. Ita incola Arsinoës urbis, quae in Aegypto erat, semper *Ἀρσινοΐτης* dicebatur; incolae autem urbis cognominis Aetolicae apud Polyb. nominantur *Ἀρσινοεῖς*, et rursus quas cotes ex urbe Arsinoë in Cilicia vel Cypro sita in Italiam apportabant, Arsinoëticae appellabantur. Forma *Ἀρσινοήτης* etiam in numis exstat, de quorum origine distinguenda haud facilis sit disputatio. Quod vero Steph. B. dicit: *τὸ ἐθνικὸν Ἀρσινοήτης καὶ Ἀρσινοεὺς ἐπὶ τῆς Αἰτωλικῆς, ὡς Πολύβιος ἐννάτῳ*, inde certi nihil apparet. —

§. 5.] 4. **A Paroxytonis in** —*α*, **Gen.** —*ας*, **praecedente vocali** nonnulla derivantur accuratiore disputatione nominanda: Primum *ἀλείτης* (i. e. *ἀλεΐτης*), hoc ab *ἀλέα* mihi quidem aptissime videtur posse repeti, cujus alia forma praeterea exstat *ἄλη*. Quae veteres technici et maxime Theodosius de vocabulis ejus generis disputaverunt, vix operae pretium est cognoscere, quum vel toto coelo distantia in

unum colligant locum; cf. Lobeck. prol. path. 375 §. p. 4. In Etym. Gud. ita disseritur: *ἀλείτης. τὸ λ ε ι δίφθογγος διὰ τί; τὰ διὰ τοῦ ι τ η ς παρώνυμα διὰ τοῦ ι γράφεται, πλὴν τοῦ ἀλείτης καὶ τὰ ὅμοια* (?). *τοῦτο δὲ ἐπειδὰν ἀντιπαράκειται αὐτὸ τὸ ο ἀλοίτης, σημαίνει δὲ καὶ αὐτὸ τὸν ἁμαρτωλόν. Καθόλου δὲ τὰ ἔχοντα τὸ ο ἀντιπαρακείμενον, ἔχουσι τὸ ε ἐγκείμενον ἐν τοῖς ῥήμασι ἢ ὅτι κατὰ διάλεκτον αἰολικήν. Οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὴν δίφθογγον ε ι εἰς ο ι τρέπουσι, τὸ γὰρ ὄνειρον ὄνοιρον λέγουσι, καὶ τὸ ἐπείγω ἐποίγω. γίνεται δὲ παρὰ τὸ ἀλιτῶ τὸ ἁμαρτάνω, ἐξ οὗ ἀλείτης ὁ ἁμαρτωλὸς, παρὰ τὸ τὰς λιτὰς μὴ τηρεῖν. ὅθεν καὶ Ἀλεξίων διὰ τοῦ ι γράφει* (f. l. *γράφεται*) *ἐξ οὗ καὶ ἀλιτρὸς ὁ ἁμαρτωλός, ἡ δὲ παράδοσις διὰ τῆς ε ι διφθόγγου.* — Facile apparet, ex hac farragine undique congesta nihil apparere, variae enim, imo diversae in ea continentur sententiae, neque ullo modo probatae, sed obiter tantum et temere multa cum vanitate prolatae. De forma *ἀλοίτης* non habeo, quod dicam, nusquam enim obvia mihi facta est; quod vero a verbo *ἀλιταίνω* repetitur *ἀλίτης*, plane ineptum est, neque opus erit refutatione. Non plus certi efficitur ex alio ejusdam Etymol. Gud. loco ineptissimo: *ἀλιτία καὶ ἀλιτρία, ἡ ἁμαρτία, καὶ ἀλίτρια ἡ ἁμαρτωλός, καὶ ἀλιτρὸς ὁ ἁμαρτωλός, καὶ ἀλιτὴρ ὁ ἁμ. Τὸ λ ι ἰῶτα καὶ τὸ τ η ἦτα εἴρηται. Ἀλιτὴρ λέγεται παρὰ τὸ στέρησιν ἔχειν λιτῆς. τὸ λιτὴ διὰ τοῦ ι γράφεται, τὰ γὰρ εἰς τ η οὐ θέλουσι τῇ ει διφθόγγῳ παραλήγεσθαι.* Quam incuriosi fuerint veteres technici in distinguendis vocum generibus, quum alias notum est, tum illius Etym. Gud. multis locis probatur, e. g. *ὁδίτης, ὡς πολίτης, ἀμφότερον διὰ τοῦ ι, τῷ λόγῳ τοῦ λογχίτης*, vel alio loco, ubi *τραπεζίτης* per iota scribendum monetur, *λόγῳ τοῦ Ἀσκαλωνίτης*. Cum voce *ἀλείτης* facile compares *Γείτας* et *Διογείτας*, una cum forma *γῄτης, γήτης*, quae exstat ap. Sophocl. et in Hesychii lexico. Porro vocabulum *ἀλίτης*, cujus contrarium est *νηλίτης* ab ipso ortum, videtur potius originem trahere ab *ἄλη*, et significatione etiam a priori recedit, hoc enim scelestum significat, illud vagabundum, quamquam in Etym. Gud. scribitur: *ἀλείτης, πλάνος ἢ ἁμαρτωλὸς*, et alio loco: *ἀλιτηρίου, ἀθέου, ἁμαρτωλοῦ, πλανητοῦ* etc. Tertia forma *ἀλήτης* rectius scribitur *ἀλητής*, quum sit substantivum verbale a verbo puro *ἀλεεῖν*, quod significat *ἀδικεῖν* secundum Hesychium. — In Etym. Gud. falso dicitur: *ἀλήτης ὁ πλανήτης ἀπὸ τοῦ ἄλη ἡ πλάνη, καὶ ἀλητεύω τὸ πλανῶμαι. Ἀλῆτις δὲ* (?) *ὄνομα θηλυκόν.*

De vocabulis *ῥοΐτης* et *ψοΐτης* (*μύελος*) ita erit statuendum, ut potius a forma *ῥόα* et *ψόα* deriventur, quamquam illi, qui ab altera forma *ῥοιά* et *ψοιά* ea repetunt, poterunt rem suam aliqua exemplorum similitudine probare. Similiter quippe a *μνοία* Cretensibus servus dicebatur *μνοΐτης*, vel *μνωΐτης, μνῴτης, μνώτης*. Minervae cognomen Homericum *Ληῖτις* aut a forma *ληΐς* originem habet, (Homero ipsi usurpata), aut a *λεία* levi quadam vocalis productione; apud Lycophronem etiam legitur *ληΐτης* captivus. Qui *νομαδίτης* a *νομὰς* recto itinere repetunt, videntur a vero recedere, quum aptius possit a *νομαδία* derivari; sunt enim haud rara ejus generis exempla, in quibus formandis *—ία* uno iota suppresso mutatur in *—ίτης*, ut *ἡμιλοχίτης* hemilochiae dux, Schol. Lucian., et eundem sensum habens *διμοιρίτης*; simile est *διλοχίτης* ap. Suidam.; *συλλοχίτης* Kamerad, Herod.; *συμμοιρίτης* Theilnehmer, Pollux; *τριμοιρίτης* Inhaber von 3 Theilen; *πανοπλίτης* schwer gerüstet, Tyrt.; ita etiam *ἀκρολοφίτης* (Anthol.) non plane idem est quod *ἀκρόλοφος*, sed ab *ἀκρολοφία* repetitur. Huc accedunt aliquot similia a nominibus localibus

derivata; apud Steph. B.: *Ἀερίτης* ex Aëria Aegypti; *Ἀκμονίτης* in Phrygia; *Βιθυνῖτις γαῖα* apud Paulum Sil.; *Ἰβηρίτης αἰγιαλὸς* apud Parthen.; *Ἰναχίτης* ex Inachia, i. e. Peloponneso; *Λαγινίτης* in Caria; *Μαριαμμίτης* in Phoenice; *Μασαισυλίτης* ex Masaesylia; *Μολυκρίτης* ex Molycria Locrorum (cujus oppidi nomen etiam alias habet formas); praeterea ap. Xenoph. pro *Μελανδέπτης* scribendum erit *Μελανδίτης* ex Melandia Thraciae; *Μεσοποταμίτης* in Asia; *Μολορχίτης* in Argolide; *Πιερίτης* in Macedonia; *Πλειστarχίτης* in Caria; *Σιωνίτης* in Ponto; *Ταρκυνίτης* in Etruria; cum Hermocapelitis Plinii, quos in Mysia habitare dicit, fortasse *Ἑρμοκαπηλίαι* conjungendae sunt, quae in Lydia fuerunt secundum Notitias Dignitatum, levis enim error sit. Ita a nomine *Νιτρίαι*, quae est Aegypti urbs, habes *Νιτρίτης*. Denique nectarites et persites (falso scrib. Persitis) non debent repeti a nectare et Persis vel Perseo, sed a nectarea Alantwein (pro qua etiam *νεκτάριον* usurpatur) et persea, quae est arboris species ap. Plinium; sed utrum Graecis litteris in his duobus scribendum foret *—ίτης* an *—είτης*, parum liquet. Similiter Cydonites vinum est a *Κυδώνιον*, de quo paulo inferius agetur.

§. 6.] 5. **A Paroxytonis in** *—ρα*: *ἑδρίτης* servus verna vel supplex; *ἐσχαρίτης ἄρτος* (Aschenbrot?); *θυμβρίτης οἶνος* Saturei-Wein; *κολλυρίτης ἄρτος* grobes Brot, Septuag. (cf. Schleusn. lex.); *κρησερίτης ἄρτος* Brot v. gebeuteltem Mehle, Diphil. ap. Athen.; *μανδραγορίτης οἶνος* Alraunwein; *μυῤῥίτης* dem Myrrhensaft ähnlich, etiam gemma ap. Plin.; *παλαιστρίτης* idem quod *παλαιστικὸς*; *πορφυρίτης* purpurartig, ap. Plin. et lapis et fici genus et mons Africae; *σαυρίτης* von der Eidechse her, ihr ähnlich, ap. Plin. saurites est gemma quae dicebatur in lacerta inveniri; tephrites sive —tis Aschenstein, ap. eund.; *χυτρίτης ἄρτος* Pudding; *χωρίτης* Landmann, Aesch., Soph. Huc accenseri possunt fortasse etiam: *Ἀδριανοθηρίτης* in nummis Mysiae; *Ἀκρίτας* Messeniae et Asiae promontorium; *Παλαιστρίτης* Spartani cujusdam nomen, Inscr. 1386; petrites ap. Plin. est vini genus; *Φιλωτερίτης* ap. Steph. B. derivatur a nomine *Φιλωτέρα*, quae erat Aegypti urbs in sinu Arabico, *διὰ τὸ σύνηθες τοῦ ἐπιχωρίου τρόπου.*

§. 7.] 6. **A Paroxytonis in** *—α*, (Gen. *—ης*) admodum pauca, ut par est: *πισσίτης οἶνος* Pechwein, Galen.; scillites vinum Meerzwiebelwein; *σπιζίτης* wie eine Meise groß; triglites vel triglitis lapis ap. Plin. — A nominibus urbium fere haec: *Γαζίτης* in Phoenice; *Γιλδίτης* in Libya; *Μαγνίτης* ex insula Magna ad Africam, *διὰ τὸν Λιβυκὸν τύπον καὶ τὸν Αἰγύπτιον*; *Νεγλίτης* in Arabia; *Σιβδίτης* in Caria; *Ψυλλίτης* in Ponto.

§. 8.] 7. **A Properispomenis in** *—α* duae incolarum significationes: *Κρωμνίτης* in Paphlagonia, et *Τανίτης* in Aegypto, ap. Steph. utrumque. Praeter haec unicum est ab appellativo *σφαιρίτης* kuglig, quocum fortasse conjungendum sit sphaerita, quod feminino genere ap. Catonem occurrens placentam quandam significat.

§. 9.] 8. **A Proparoxytonis in** *—α*, (Gen. *—ης*): *ἁμαξίτης φόρτος* Last für einen Wagen; *θαλασσίτης οἶνος* der durch Einhängen in Seewasser schneller gealterte Wein*); *κονυζίτης οἶνος* Dürrwurzwein; *τραπεζίτης*, trapezita apud Plin., Wechsler; *χαλαζίτης* hagelartig; ozaenitis (tantum Latinis vulgare) Nasen-

*) De hoc conficiendi vini modo Plin. XIV, 8 disputat; Passowius aliique falso dicunt illud vinum aqua marina temperatum, quod admodum insipiens est. Quid sit vinum tethalassomenon apud Coos usitatum, ignoratur.

Polyp, Plin. Praeterea ab urbibus haec ducuntur: Ἀνθυλλίτης in Aegypto, Herod.; Βελβινίτης in Laconia etc., id.; Δαβαινίτης in Mesopotamia, Suid.; Δρυαινίτης in Cilicia; Ζυγαινῖτις ad mare rubrum, Ptol.; Ἰλερδίτης in Hispania; Κερκινῖτις νῆσος prope majorem insulam Κέρκινναν in Syrtide minori, Strab., (et apud Arrianum Κερκινῖτις λίμνη in Macedonia); Μωαβίτης in Arabia, secundum Stephani originationem; et similiter ab urbe Hispaniae Μάλακα Straboni, Μαλάκη Stephano nominata, est κόλπος Μαλακιτανός.

§. 10.] 9. A Proparoxytonis in —ρα tantum pauca: Δαειρίτης Priester der Persephone; ὀλυρίτης ἄρτος Brot von Emmerkorn. A nominibus urbium haec ex Stephani collectione: Βαιταῤῥίτης in Gallia; Ῥινοκορουρίτης prope Aegyptum; Σαμψειρίτης in Aegypto; Σισυρβίτης Ephesi; Ταυχερίτης ex urbe ἡ Ταύχειρα in Cyrenaica sec. Strabonem, Herod. habet τὰ Ταύχειρα. Ab urbe Βάλαγραι in Cyrenaica gentile fit Βαλαγρίτης.

(De radicibus per —αια et —εια terminantibus singillatim hoc loco disputare supersedeo, quum alio loco de terminationibus —αίτης et —είτης fusius disserere propositum sit.)

§. 11.] 10. A Masculinis primae declinationis rarissima sunt derivata: A fluvio Βορυσθένης, G. —εος Herod. accolas nominat Βορυσθενεῖτας, alii vero, ut Plutarchus et Strabo Βορυσθενίτας, primam illi declinationem secuti, praeterquam quod pro Olbia dicitur etiam Borysthenitis. Γάγγης semel Appiano dicitur Γαγγίτης; id quidem haud scio an error sit; adjectivum est Γαγγιτικός et Γαγγητικός, et Latine dicitur sinus Gangeticus. Choaspites gemmae nomen ap. Plin., ab hoc refertur ad fluvium Persidis nobilissimum. — A masculinis in —ας terminantibus ducitur tantum (praeter μανδραγορίτης, de quo supra §. 6) Τυρίτης. Quod quia et ipsum propter solitudinem veri vix est simile, Stephanus repetit a paraschematismo Τυρίς, addens: ἔδει δὲ παρὰ τὸν Τύραν Τυράτης.

II. A Substantivis secundae declinationis.

§. 12.] 1. Ab Oxytonis in —ός: ἀγρίτης Bauer, Steph.; ἀετίτης Stein im Adlerneste, etiam aëtitis ap. Plin.: αἰγιαλίτης Uferbewohner, in Anthol., praeterea cognomen Panis et Priapi, et ibidem αἰγιαλῖτις χηλή; ἀστίτης, de quo cf. §. 32.; ascites Wassersucht, Coel.: βολβῖτις Polyp (Lob. Phryn. 357); βουνίτης hügelig, Hügelbewohner, Πὰν βουνῖτα, Anthol., γᾶ βουνῖτις Aeschyl.: γεωργίτης Proleg. Stas. ap. Walz. VII, 45, fortasse nomen proprium; δοκίτης (Apul. docis) balkenförmiges Meteor; ζυγίτης Ruderer, der Mittelreihe; θυωρίτης Opferdiener, Münzwardein; ἰπνίτης ἄρτος Ofenbrot, Athen.; capnites et —itis, eine Jaspis-Art, Plin.; κεραυνίτης ein Edelstein, Clem. Al.: κηρίτης Wachsstein, ceritis ap. Plin.; cissites ein Edelstein, id.: κρουνῖτις aus der Quelle; νεβρίτης fleckiger Stein, etiam ap. Plin.; νεφρίτης nierenartig; ὀβελίτης ἄρτος ap. Polluc.: (de cujus significatione consul. Boeckh. de civ. Ath. I, 106 59.) ὁδίτης Wanderer, Hom., Soph.: ὀρφνίτης verwaist, (cujus radix ὀρφνός in medio statuenda est inter ὀρφανός et ὀρφός orbus): ποταμίτης aquilex (?) in Philox. gloss.; πυρίτης ἄρτος Weizenbrot; πυρσίτης Feuerwächter Calefactor, Telegraph; σποδίτης ἄρτος Aschenbrot; σωρίτης gehäuft, Kettenschluß, etiam ap. Cic.; φραγμίτης zum Zaune gehörig oder dran wachsend; χαλινίτης zum Zaume gehörig; χαλκίτης λίθος Kupfererz; χορῖτις

reigentanzend, Noun.; χρυσίτης goldhaltig, ap. Plin. gemma, et chrysitis herba; Ὠκεανίτης zum Ok. geh., Sohn desselben, etiam Ὠκεανῖτις Θούλη Agath. prooem. in Anthol., et Oceanitis ap. Virgil. Oceani filia (cf. §. 86.). — Ex nominibus gentilitiis primum nominanda sunt ea, quae sono vocis suae ad substantiva in —ός se applicare videntur: ita Stephano Byz. Ἀσκῖται Indici videntur a voce ἀσκός posse deduci; veri similius est, si Βωμῖται Aetoliae a collibus nominati esse putantur, dicit enim Steph. Βωμοί· λόφοι Αἰτωλίας.*) Pro certo affirmari potest illa originatio de his gentium nominibus: Ἀγησσίτης in Thracia**); Ἀδρανίτης in Sicilia, Plut., Diod.; Βολισσίτης in Aeolide; Διζηρίτης ad fluvium —ρός in Illyrico; Δραγμίτης in Creta (etiam Δράγμιος, illud autem Steph. ἄμεινον dicit); Ἰωλκῖτις in Thessalia, Schol. Apollon.; Καβασίτης in Aegypto. Ptol.; Καβησίτης ad Hellespontum et in Lycia, Steph.; Καταβαθμίτης prope Aegyptum: Κορισσίτης prope Ephesum; Μαγδωλίτης in Aegypto; Ναϊσίτης et Ὀδησσίτης in Thracia; Πατυκίτης in Italia; Φελλίτης in Lycia: Ψενηρίτης in Aegypto. His adnumerari possunt Αἰγοςποταμίτης ad Hellespontum, et Ῥωγμίτης in Cilicia, haec a plurali nomine in —οί. De voce Ὠρεΐτης apud Steph., quam alii conjuncte scribunt, vide §. 61.; de Αἰτωλίτης §. 85. Ποταμῖτις Aegypti mater, etiam terrae ipsius nomen, secundum Steph. possit Graecam habere originem, et simili modo Ὀφθαλμῖτις, nomen Lunae apud gentes orientis, possit derivari a stirpe Graeca.

§. 13.] 2. Ab Oxytonis in —όν nulla nisi tria gentilitia: Ἐρυθρίτης in Cyrenaica, Synes. (Ἐρυθραῖος aliter, cf. §. 79.); Τεανίτης ap. Polyb. pro Τεανός, quod juxta Latinum sermonem habet Steph., (Τεανόν vero etiam Τέανον scribitur): et Χυτίτης in Epiro.

§. 14.] 3. A Paroxytonis in —ος; ejus generis haud pauca sunt exempla: ἀγνίτης ex vitice factus, Paus. (de alia voce ἁγνίτης v. §. 24): ἀμμίτης Sandstein; θυμίτης Thymian-Wein, Diosc., Colum., et ἅλες θυμῖται Salz mit Th., βυθίτης, —ῖτις ψάμμος Bodensand (falso in Etym. M. derivatur a radice inusitata βυθίς, cf. Toup. opusc. I, 152); θαμνῖτις voll Gesträuch, Nicand.; θυρσίτης ocymoïdes, Diosc.: κεγχρίτης hirsenartig, lapis ap. Aelian. et Plin.: (ap. Ael. falso leg. κενιρίτης, cf. Steph. Thes.): κεδρίτης Cederwein; κολπίτης am Meerbusen wohnend, Philostr.; κυκνῖτις βοή Soph. fr. (pro masc. Paus. habet κυκνίας ἀετός); λοχίτης Streiter, Kamerad, Soph., Synes., et λοχῖτις ἐκκλησία ap. Dionys. Hal., sunt comitia centuriata, praeterea λοχίτης ap. Hesych. et Suid. significat insidiatorem, ap. Aeschylum, Soph. et Xenoph. vero regem; λυχνίτης λίθος lapis carbunculus secundum Marcellum Emp., etiam marmoris species, ex qua lucernas et potoria confectas esse dicunt Varro et Plin., λυχνῖτις πόα est herba lucernaria, quae etiam θρυαλλίς et φλόμος appellatur, sec. eundem Marcell. et Plin.: ναρδίτης Nardenwein; ὀνίτης Eselstein; πιθίτης faßartig; πυργίτης zum Thurme geh.; scaritis lapis scari similis, Plin.; spongites et —itis schwammartiger Stein, Plin.: τοπίτης zum Orte geh., Steph.; τυμβίτης λᾶας Grabstein, Leonid.; χονδρίτης von Graupe, etiam εἶδος σίτου sec. Etym. Gud.; ψαμμίτης sandig. — Gentilitia haec: Βυβλίτης in Phoenice; Coptites in Aegypto, Plin.; Κυκνῖτις γῆ Land des K., Soph. fr.: Κυπρίτης Cyprier; Λωτο-

*) Minus placet Krusii conjectura, illum populum ita nominatum esse ex ara Herculis, quae fortasse in Oeta fuisse possit.

**) Ubi auctorem derivationis omisimus, plerumque erit Stephanus Byz.

φαγῖτις Syrtis minor, Strab.; Πεφνίτης in Laconia; Pharitae ap. Caes. b. Alex.; Πυργίτης in Triphylia; Σαμβίτης in Arabia; et a plurali nomine Ὄμβοι est Ὀμβίτης in Aegypto, Aelian. De nomine Ἱππίτας v. §. 53. Ῥομβίτης κόλπος ad Maeotim, Lychnitis lacus tum in Macedonia, tum in Armenia, Gypsitis insula in sinu Arabico haud scio an non vere sint ab appellativis in —ος derivanda, et de nomine Pyxites, qui est Coelesyriae fluvius, etiam major est dubitatio.

§. 15.] 4. A Paroxytonis in —όν haec sunt: δενδρίτης zum Baume geh., dendritis apud Plin. gemma; κεντρίτης Stachelfisch, Aelian., (est etiam fluminis Armeniae nomen apud Xenoph.); κριμνίτης ἄρτος Schrotbrot, Athen.; λεκτρίτης θρόνος Schlafstuhl; Λικνίτης Διόνυσος a vanno mystica, Hesych.; λυρίτης ap. eundem ζῶόν τι ἐν ταῖς δρυσὶν ἐντίκτον, incertum utrum animal insectum an quadrupes (sciurus ex Steph. Thes.), fortasse ab herba λύρον repetundum sit; μυρτίτης Myrtenwein, Catoni vinum myrteum, a quo μυρσινίτην differre Dioscor. docere frustra tentat; νιτρίτης nitrumhaltig; ξυλίτης hölzern; ὁπλίτης schwerbewaffnet, etiam de cursu Olympiae instituto, Zenob.*); rhoditis gemma, Plin.; στερνίτης zur Brust geh.; φυλλίτης ἀγών Kampf um den Kranz. Huc accedit fem. ἀρθρῖτις Gliederschmerz. Deinde ab urbe Asculo (Ἄσκλον sive Ἄσκλος) Steph. habet Ἀσκλίτης, et similiter sunt Θρυΐτης in Messenia, Κυΐτης in Caria, Πεφνίτης in Laconia.

§. 16.] 5. A Properispomenis in —ῦος haud ita exiguus numerus substantivorum in —ίτης derivatur: βωλίτης Champignon (boletus ap. Suet.), etiam lychnidis radix ap. Plin., et βωλῖτις στυπτηρία (falso βολ.); δαυκίτης οἶνος Daucuswein, Diosc.; ἡλίτης clavaris, Aët., et ἡλῖτις λεπίς Eisenspäne von Nägeln, Diosc.; θρανίτης Ruderer der Ober-Reihe; κωνίτης οἶνος gepichter Wein, Etym. M., κωνῖτις in Anthol. et Athen.; μυθίτης in Etym. Gud. s. v. μεσίτης, et ibidem μυρίτης; νησίτης Inselbewohner, quod a νῆσος derivandum secundum Steph., νησιώτης vero a νήσιον; σαυρίτης et sauritis, de quibus v. §. 6.; sitites carbunculus ap. Plin., innato fulgore radians, fortasse a similitudine coloris nominatus; στυλίτης zur Säule geh., Säulenbewohner, Suid.; σχοινίτης voll Binsen, etiam nomen portus in sinu Saronico, a quo distinguendus Corinthi portus Σχοινοῦς. De origine vocabuli φοιβίτης dubitatio est, sitne ab Apolline derivandum; equidem malim φοιβητής scribere, quod a verbo repetendum. Cepites lapis apud Plin. vix possit a κῆπος denominatus esse, fortasse autem est vox hybrida a cepe, Zwiebelstein; idem est cepolatitis (cepelatitis?) „candida venarum, nodis coëuntibus, candore imaginem (cepes?) referens." — Ex nominum propriorum numero praeterea huc pertinent: Γαυλίτης prope Siciliam; Δωρίτης in Phoenice; Καυνίτης in Lycia, etiam Caunites sal ap. Plin.; Ῥοιξίτης in Cilicia; Σκιρίτης in Laconia, Thuc., Xen.**); Τημνίτης in Ionia. De derivato Βουτοΐτης vide §. 65.

§. 17.] 6. A Properispomenis in —ῦον: δειπνίτης Koch, —ῖτις ap. Dion. Cass.; μηλίτης Apfelwein; melitis Apfelstein, Plin.; rursus μηλίτης gryphus quidam arithmeticus de ovium numero; συκίτης feigenartig, Feigenwein, ap. Plin. quum hoc significat, tum lapidem, genere masc. et fem. („in Borsycite ratio nominum non est"); ζυγίτης et νευρίτης utrum huc pertineant an a ζυγός potius et a νευρά debeant arcessiri, mihi non liquet; φυκίτης lapis algae similis, Plin. — Adjungenda sunt duo gentilitia a neutris in —ῦα, Δωρίτης ab insula Persici sinus, quod distinguendum a Δωρίτης in Phoenice (§. 16.), et Ζηλίτης in Armenia, et ipsum distinguendum a Ζηλίτης in Maurusia, quod est ab oppido Ζῆλις (§. 36.).

§. 18.] 7. A Proparoxytonis in —ος ingens numerus: ἀλαβαστρίτης λίθος (etiam omissa littera ρ) Diosc., Plin., etiam Africae mons, ille lapis etiam fem. genere nominatur apud Athen.; ampelitis terra Erde für den Weinstock, Plin.; ἀργυρίτης ἀγών Kampf um Geldpreise, —ῖτις γῆ Silbererde; ἀρχιμανδρίτης Prior, ap. seriores; ἀσφαλτίτης erdpechhaltig, etiam lacus ille Palaestinae, apud Steph. Ἀσφαλτῖτις λίμνη; ἀψινθίτης οἶνος Wermuthwein, etiam ap. Plin.; βαλανίτης eichelförmig etc., etiam lapis apud Plin. et balanitis castanea, (de vocabulo βαλανείτης v. §. 61.); βασανίτης λίθος Probierstein, Ptol., Isid., Cosm., Plin.; βατραχίτης λ. froschgrüner Stein; bostrychites Edelstein, Plin.; γερανίτης et apud Plin. geranitis Kranichstein; δακτυλίτης fingerartig, —λῖτις eine Art Osterluzei, Diosc.; ἑσπερίτης abendlich, Soph., Paus.; ζεφυρίτης abendlich, westlich, Callim.; ἡμιονίτης vom Maulesel; θαλαμίτης Ruderer der Unter-Reihe; θιασίτης Sectirer, Pollux (θιασώτης v. §. 94.); helleborites vinum Wein mit Nieswurz, Plin.; hephaestitis ein Edelstein, id.; byssopites vinum Isopwein, id.; καβειρίτης kabirisch; καλαμίτης von Schilf (v. §. 3.); κεραμίτης zum Töpferthon geh., gemma ap. Plin.*); κριβανίτης (κλιβ. κοινῶς, Lob. Phryn. 179) Scherbenbrot, Athen., etiam per jocum dicitur apud Comicum βοῦς κριβ.; Κονδυλῖτις Ἄρτεμις (pro —λίτης, quod ferri nequit) apud Clem. Al. incerto sensu; corymbites Trauben-Wolfsmilch, Plin.; κροταφῖται μύες Muskeln am Schlaf, Galen.; κυαμίτης von Bohnen, Phot., —ῖτις Anthol. (—μῖτις Isocr. vita, Wolf p. 842); κυανῖτις stahlblau, Hippocr., (sine masc., pro quo Schneider. lex. temere inducit κυανήτης); λεκιθίτης ἄρτος aut Brot von Hülsenfrüchten (ὁ λέκιθος), aut Brot mit Eierdottern (ἡ λέκιθος); marmaritis ein Zauberkraut, Plin.; μεθοδίτης methodischer Lehrer; μολυβδίτης bleiartig, molybditis Bleiasche, Plin.; morochites (pro μορυχίτης, ut videtur, ex falsa quadam analogia similis vocis molochites) lauchfarbiger Stein, Plin.; ναρκισσίτης narcissenartig, narcissitis ein Stein, Plin.; ὀριγανίτης Bitterkraut-Wein; ὀροβίτης der Kichererbse ähnlich, orobitis eine Art Galmei oder gelber Borar, Plin.; ῥαφανίτης rettigartig, raphanitis iris Schwertlinie mit solcher Wurzel, quae etiam astragalitis dicitur, Plin.; σιδηρίτης von Eisen, eisenartig, etiam adamantis species; apud Plin. sideritis et hoc significat et herbam; Smaragdites mons prope Chalcedonem, ubi smaragdi inveniebantur, Plin.; στεφανίτης ἀγὼν = φυλλίτης, Diogen., praeterea stephanites ap. Colum., —itis ap. Plin. kranzförmig wachsender Wein (coronario naturae lusu); στροβιλίτης Fichtenzapfen-Wein; τριοδίτης Straßenkerl, (παροδίτης aliter se habet, vide §. 68.); ὑαλίτης Glasstein.**)

*) Quem Plinius libro XXXV in tabula quadam dicit in certamine decurrentem, is non hoplitides nec cum Harduino hoplitites nominari debet, sed simpliciter hoplites.

**) Sciritae in Lacedaemoniorum exercitu satis noti. Apud Timaeum sunt Σκιωρῖται λόχος ἀνδρῶν Ἀρκαδικός, Suidae et Photio Σκιωρεῖται dicti. Σκιρῖται scribendum esse recte monent Kusterus et Ruhnkenius; tamen non opus est corrigere Λακωνικός, quum ille locus in confiniis fuerit.

*) Pollux si κεραμίτην idem significare dicit, quod κεραμίς et κεραμική, videtur potius scripsisse κεραμῖτις, quae vox legitur apud Plut. et Hippocr. cf. Tim. lex. 49.

**) Nostrates falsam scripturam Hyalith in errorum communium numerum receperunt, similiter falsa analogia abducti, atque in scribendis vocibus Bosphorus, peripatetisch etc.

§. 19.] G e n t i l i u m satis magna his adnumeranda est multitudo: *Αἰγιμορίτης* prope Libyam; *Ἀζωρίτης* in Macedonia, Diod., Strab.; *Ἀλονησίτης* in Aegaeo mari; *Ἀλωρίτης* in Macedonia, Pol.; *Ἀμαληκίτης* in Palaestina, sec. Steph.; *Ἀμπελίτης* in Libya, Scyl.; *Ἀντιφελλίτης* in Lycia; *Ἀσφαλτίτης* jam supra dictus; *Ἀωρίτης* in Creta; *Βοσπορίτης* in Bosporo, Soph. fr.; *Βουβαστίτης* in Aegypto, Herod.; *Διολκίτης* in Aegypto; *Ἐλωρίτης* in Sicilia; *Ζεφυρῖτις Κυπρίς* in Aegypto, Anthol.; *Ἰδυρίτης* in Pamphylia; *Ἰσραηλίτης* Septuag., radix est *Ἰσράηλος*; *Καμιρίτης* in insula Rhodo; *Κανωβίτης* in Aegypto, Callim.; *Κασπειρίτης* in Parthia: *Κασσανωρίτης* in Aegypto; *Καυκασίτης* in Caucaso; *Κυτωρίτης* in Paphlagonia; *Λιβανῖτις Ἀφροδίτη* ex Libano, Lucian. (Lob. Phryn. 188); *Λοκοξίτης* in Phrygia; *Μαγδολίτης* in Aegypto; *Μαιναλίτης* in Arcadia; *Μασκωτίτης* in Libya; *Μενελαΐτις* in Aegypto; *Μουμασιίτης* in Caria; *Νισυρῖτις πέτρα* in Aegaeo mari, Anthol.; *Ὀξυρυγχίτης* in Aegypto; *Πανορμίτης* et *—μῖτις* in Sicilia, Strab., Pol.; *Πεντασχοινίτης* in Aegypto; *Πεῤῥαιβίτης* in Thessalia; *Πηληκίτης* in Libya; *Πιλωρίτης* in monte Atho; *Ῥυνδακίτης* in Phrygia; *Σελευκοβηλίτης* in Syria; *Σησαμίτης* in Paphlagonia; *Σικημίτης* in Arabia (*Σίκιμος*, alias urbis nomen, Iosepho est gentis nomen); *Σικινίτης* prope Cretam, Solon. fr.; *Σταγειρίτης* in Macedonia; *Τακομψίτης* sive *Ταχεμψίτης* in Aegypto; *Ταμασίτης* in Cypro; *Φαρβαιθίτης* s. *Φαρβητίτης* in Aegypto, Herod., Strab.; *Χερσονησίτης* in Thracia, Herod., Xen., Strab.; *Ψιναφίτης* in Aegypto. In hunc modum etiam Comicus fingit *Ταρταρίτης* Tartari habitator. Quid vetus ille heros *Κυαμίτης* a Paus. nominatus cum fabis rationis habeat, quidve *Καλαμίτης* cum calamo, Oedipus aliquis dixerit; hunc Calamiten aiunt fuisse quendam heroëm medicum et vel eundem fuisse cum Toxari, quum *κάλαμος* plerumque sit *τοξικός*. — De *Ἀμπελίτης* v. §. 88.

A plurali nomine ejusdem generis est: *Ἀκροθυνίτης* in monte Athone; *Ὑλαμίτης* in Laconia; *Κουρίτης* ab urbe *Κούριοι* in insula Same.

§. 20.] 8. A P r o p a r o x y t o n i s i n *—ον* item satis magnus coetus; *ἀβροτονίτης* Stabwurz-Wein; *ἀμωμίτης οἶνος* Amomen-W.; *ἀνισίτης οἶνος* Anis-Wein; *ἀχυρῖτις* von Spreu, Anthol.; *βελεμνίτης* Donnerkeil-Stein (possit etiam referre ad *—ιον*); *δρεπανίτης* Sichelmann, Const. Man.; *καρυΐτης* eine Art Wolfsmilch, etiam ap. Plin.; *μεταλλῖτις γῆ* Metallerz, Hesiod.; *ὀριγανίτης* (v. §. 18.); *ὀστρακίτης* Scherbenbrot, Meerschaum, etiam lapis, Plin., et ap. eundem ostracitis schwarzer Galmei; *πετροσελινίτης* Petersilien-W.; *πηγανίτης* Rauten-W.; *πιτυρίτης ἄρτος* Kleienbrot; prosopitis herba, quam etiam personaciam dicunt, Apul.; et *νῆσος Προσωπῖτις* apud Aegyptum, Herod., Thuc.; *σησαμίτης* Sesambrot; *ταγηνίτης* et *τηγανίτης* Pfannkuchen; *τυμπανίτης ὕδρωψ* Trommelsucht, tympanitis ap. Veget.; *φαλαρῖτις* (falso leg. *—ίτης*) ἡ *Ἀθηνᾶ*, ἡ *ἀπὸ τῆς περικεφαλαίας φαλάρων*, ita balbutit grammaticus quidam in Etym. Gud.; *φαρμακίτης* Heil-Wein; *φρυγανίτης* von Reisig. — Deinde gentilitia ejus generis haec: *Ἀδρανίτης* in Sicilia (possit etiam ab *—νός* duci); *Ἀμανίτης* in Amano monte; *Ἀμβασίτης* in Phrygia; *Ἀπατουρίτης* ad Bosporum; *Βαραθρίτης* in Laconia; *Κασωρίτης* iocose apud Comicum dicitur, *κάσωρον* enim est *πορνεῖον*; *Πιστιρίτης* in Thracia (Herod. urbem nominat *Πίστυρος*); *Προσωπίτης* ex insula prope Carthaginem; *Σησαμίτης* (v. §. 19.); *Συκαμινίτης* in Judaea (Strabo urbem *Συκάμινον* nominat *Συκαμίνων πόλιν*): *Ταιναρίτης* in Laconia; *Τεανίτης* (v. §. 13.). — Major multitudo ducitur a neutris pluralibus

in *—α*, quae sunt proparoxytona: *Ἀβδηρίτης* in Thracia, Dem., *—ρῖτις* Theophr.; *Αἰγοσθενίτης* in Megaride, Pol.; *Αἰλανίτης* in Arabia; *Ἀλαβαστρίτης* in Phrygia et Aegypto, Steph., Ptol.; *Ἀμαξίτης* in Bithynia; *Ἀποκοπίτης* in sinu Arabico: *Ἀρβηλίτης* in Armenia; *Ἀσσηρίτης* prope Chalcidem; *Αὐγιλίτης* in Libya, Strab.; *Αὐτομαλακίτης* in Libya; *Βησσυγίτης* in India; *Βητλεμίτης* in Palaestina, *Γαβαλίτης* in Syria, Paus.; *Γαδαρῖτις* in Palaestina, Ios.; *Γαδειρίτης* in Hispania; *Γηθουσσίτης* in Libya; *Ἱεροσολυμίτης* in Palaestina, Ios.; *Ἰσμαηλίτης* in Arabia (*τὰ Ἰσμάηλα* locus dicitur ap. Steph.); *Καρανίτης* in Galatia et Armenia, et terra *Καρηνῖτις* in Armenia, Strab.; *Κοινωρίτης* ad Pontum; *Μασιανρίτης* in Lydia; *Μινωΐτης* in Amorgo insula, (cujus urbs *τὰ Μίνωα* sec. Steph. s. v. *Ἀρκεσ.*, omissa in Papii Lex.); *Πιναρίτης* in Lycia, Plin. (ap. Steph. tantum *Πιναρεύς*); *Σοδομίτης* in Judaea; *Σταγειρίτης* in Macedonia, (ap. Steph. certe et Diog. L. locus nominatur *τὰ Στάγειρα*), etiam ap. Cic. Stagirites; *Ταβαλίτης* ap. Steph.: *Ταξιλίτης* in India, (*τῷ τῆς χώρας τύπῳ καὶ Ταξιληνὸς, τῷ δὲ παρ' ἡμῖν Ταξιλεύς*, Steph.)*); *Τεντυρίτης* in Aegypto, Strab., etiam ap. Plin.; *Τυανίτης* in Aegypto (*—εύς* in Cappad.), *Τυανῖτις* Strab.: Hydrelitae in Caria, Plin. (Steph. gentile est tantum *Ὑδρηλεύς*).

§. 21.] 9. A S u b s t a n t i v i s i n *—ιος* e t *—ιον*. P r i m u m a P a r o x y t o n i s paucissima haec: *σκορπίτης* Scorpionstein, etiam ap. Plin.: et *Πορθμίτης*, ab oppido *Πορθμίον* sive *Πορθμία* (*Πορθμήια* ap. Herod.) ad Bosporum Cimmerium.

Observandum est hoc loco, a nominibus in *—ιος* et *—ιον*, (nec non in *—ία*, §. 5.) numquam formari paronyma in *—ιίτης*, sed alterum iota semper supprimi. Est sane praeterea haud exiguus numerus eorum, quae malunt terminationes *—ιάτης*, *—ιήτης*, *—ιώτης* etc. (de quibus infra disputare in proposito est), sed simpliciorem formam habent fere haec:

§. 22.] 10. A P r o p a r o x y t o n i s i n *—ιος*: *Γαβίτης* i. q. *Γάβιος*, in Etruria; *Δαυνίτης* i. q. *Δαύνιος*, Lycophr. Praeter haec simplicia nominari possint quaedam compositionis speciem praeferentia, ut *ἐπιβωμίτης*, *ἐπιθαλαμίτης*, *παραξονίτης*, *παρωκεανίτης*, *Παραχελωῖτις* al.; haec quidem quum fere inter substantivum et adjectivum habeant locum suum, possunt ab adjectivis similibus in *—ιος* repeti, de quibus quaestio est in §. 68.

§. 23.] 11. A P r o p a r o x y t o n i s i n *—ιον* haec derivantur omnino simplicia: *ἀψινθίτης οἶνος*, etiam absinthites vinum ap. Plin. et Colum.; *βελενίτης* Stein mit einem Pfeile drauf, (in Schneideri lex. *βελεμνίτης*, de quo vid. §. 20.); *ἠρυγγίτης* herba ap. Plut., quae etiam *ἠρύγγιον* et *ἠρυγγίς* dicitur; phalangites Spinnenkraut (altera vox cognominis est a radice *φάλαγξ*, §. 38.); *νεκταρίτης*. (cf. §. 5.); *νηρίτης* röthliche Deckelmuschel, etiam *ἀναρίτης* dictus, Lat. narita, sine dubio a coloris similitudine, *νήριον* enim idem est quod *ῥοδοδάφνη* Oleander. — Praeterea haec a nominibus urbium: *Ἀζανίτης* in Phrygia, cujus regio *Ἀζανῖτις* ap. Strab.; *Βυσσακῖτις* regio circa Byzacium in Africa, Pol.; *Γραμμίτης* in Creta, Steph.; *Δασκυλίτης* et *—ῖτις* lacus et regio Bithyniae, Thuc., Strab.; *Ἐμπορίτης* in Gallia; *Θρονίτης* in Locris; *Κοκυλίτης* in Aeolide, Xen.; *Μεταγωνίτης* in Mauretania, Steph.; regio ibidem est ap. Ptol.

*) Saepius Steph. dicit terminationem gentilem *—ηνός* esse gentium orientalium, *—ίτης* potius Aegypti et Africae: quamobrem post verbum *τύπῳ* equidem comma delendum censeo.

Μεταγωνῖτις, alias *τὰ Μ–ια*; *Μολυκρίτης* in Locris; *Ὀμφαλίτης* in Creta; *Ταυρομενίτης* in Sicilia, Strab.; *Τηΐτης ἐν Τηΐῳ* ignoto ap. Aelian.; *Τημενίτης* in Argolide, Paus.; *Τιμωνίτης* et regio *—νῖτις* in Phrygia, Strab.; *Τριοπῖτις* in Caria; *Τριχωνίτης* in Actolia, Steph., et regio *—νῖτις*; *Σιλινδίτης* in Troade, pro quo etiam *—διώτης* dicebatur sec. Steph. — *Σφραγίτιδες Νύμφαι* (falso leg. *Σφαγ.*) quum ad *Σφραγίδιον* Boeotiae antrum sint referendae, per abbreviationem quandam dictae videntur pro *Σφραγιδίτιδες*, nisi forte nomen *Σφραγίς* velut simplicior radix suberat. Sonorum suavitatem in talibus parum curari, docent exempla nonnulla, ut *μελιτίτης*, vel apud Steph. *ἐν τῇ Ἀσφαλτίτιδι λίμνῃ*. — Cydoniae urbis Cretae incolae nominantur *Κυδωνιᾶται* ap. Pol. al.; vinum autem ex malis Cydoniis confectum dicitur cydonites, idque minore littera initiali incipere satius duco, quum sensu a nomine proprio longius recesserit.

De radicibus in *—αιος* et *αιον* terminantibus, a quibus paronyma plerumque formantur in *—αίτης* vel *—αῖτης*, infra disputabimus §. 59., item de *—ειος* et *—ειον* et de paronymis in *—είτης* et *εῖτης* vid. §. 61.

III. Ab Adjectivis in *—ος*.

§. 24.] 1. Ab Adjectivis oxytonis in *—ός, —ή, —όν*: *ἀγυίτης θεός* sühnender Gott, Paus.; *λευκίτης* weiß; *γυμνίτης* nackt, Lycophr.; *πεζίτης* Fußgänger. Haec proxime accedunt ad sensum adjectivorum, ita tamen, ut haec tantum in universum indicent, qualis sit res aliqua vel homo, illa paronyma autem perpetuam quandam et quasi innatam proprietatem soleant exprimere. Ita etiam *αὐτίτης* multo praegnantius, ut aiunt, hominem sibi ipsi viventem ostendit, quam purum vocabulum *αὐτός*. Adde: *λεπτῖτις κριθή*, Geop., leichte Gerste, etiam *λεπτίς* nominata; *κοινίτης* gemeinsam, Eustath.; craterites eximiae duritiae lapis, sine dubio a *κρατερός*, Plin.; *χλωρίτης* laubgrüner Wein, chloritis ap. Plin.; et Lycophron, qui velut corroborandae vocis causa dicit *Δαυνίτης*, *Αὐσονίτης*, etiam *Γραικίτης* habet pro *Γραικός*. Minus probari potest, quod *νηρίτης* in Etym. Gud. refertur ad adjectivum *νηρός*.

§. 25.] 2. Ab Adjectivis paroxytonis in *—ος* paucissima sunt: *μεσίτης* Mittler, maxime de Christo, Paul., Philo; etiam pro *μέσος δικαστής* Schiedsrichter, ap. Schol. Thuc., et *μεσῖτις* Zwischenland, Heracl. Pont. *Ἀκρίτας* promontorium si derivari oportet, huc erit referendum. *Μαργίτης* ille Pseudo-Homericus, quem Eustath. dicit denominatum *ἀπὸ τοῦ μαργαίνειν*, rectius rejicitur a Stephano in Thesauro ad radicem *μάργος*, quae apud Lucianum significat hominem ineptum vel hariolantem, apud Plut. in Demosth. imbecillum vel debilem.*)

§. 26.] 3. Ab Adjectivis proparoxytonis in *—ος*. *ἐρημίτης* Einsiedler, eremita ap. Sulp. Sev. — Caetera ejus generis omnia sunt ab adjectivis compositis (*παρασύνθετα* ideo appellanda), nonnulla ab adjectivis in *—ιος*, ut *παρηονῖτις γλῆνις* Anthol., *παρεσχαρίτης* Eustath. Od.; *ἁμαξοβιΐτης* unicum est, quod utrumque iota retineat, quum prius in stirpe insit nec possit supprimi. Praeterea:

*) *Μάργος ὁ Κερυνεύς*, Achaeorum dux, in Polybii codicibus etiam *Μάρκος* scribitur; quam formam Romanorum sermoni assimilatam equidem non tam Polybii adulationi tribuendam puto quam librariorum incuriae.

catochites et —tis gemma quaedam ap. Plin. est, ad *κάτοχος* referenda, manum enim dicitur retinere; dipyrites Biskuit, ap. Martial.; *ἐνορμίτης* qui semper in portu stationem habet, cujus radix *ἔνορμος* non est in usu; *συζυγίτης* zusammengespannt, vermählt; *παραλίτης* Matrose vom Staats-Packet-Schiffe *πάραλος*; *ἐπιβωμίτης* zum Altar geh., Lysim. ap. Ios.; *ἐπικτηνίτης* bei der Heerde; *παραξονίτης* zur Achse geh., Pflock an ders.; *παρωκεανίτης* am O. wohnend; *παραχελωΐτης* am Ach. befindlich, Strab.

IV. A Substantivis tertiae declinationis.

§. 27.] 1. A Nominativo sine ulla stirpis mutatione: *μακαρίτης* selig (Dorice *ζαμερίτας*) Aesch., Tim., *μακαρῖτις ψυχή* Aristoph.; (*νεκταρίτης* potius ad §. 5. referri debet); Sappharitae in Arabia; *πυρίτης* zum Feuer geh., Feuerstein, Feuerarbeiter, Kupfererz, et pyritis ap. Plin. lapis, in quo terendo digitos aduri dicit (!). Catopyrites Plinii, lapis ex Cappadocia proveniens, videtur esse barbarus. Etiam *ἐξίτης* Cous (Kuster. Aristoph. 72.) nullo nisi hoc loco inserendus erit.

§. 28.] 2. A Neutris in *—αρ*, G. *—ατος*. (In his et in sequentibus semper, ut par est, genitivi ratio habetur in conformatione paronymorum, quippe qui veram stirpem clarius aperiat quam prima positio): *ἡπατίτης* leberartig, hepatitis Edelstein dieser Art, Plin.; ap. eundem lapis est steatitis, ab adipis similitudine nominatus.

§. 29.] 3. A Neutris in *—ας*, G. *—ατος*: *κερατίτης* gehörnt, hornartig, ceratitis wilder Mohn, Plin.; omnino diversa ab hac est herba *κεραῖτις*, etiam *τῆλις* sive *βούκερως* nominata. —

Hic inserenda sunt duo similia: *σταιτίτης* vel *στατίτης* Waizenbrot, a *σταῖς* vel *σταίς*, Attice *στᾶς* G. *στατός*: *ὠτίτης* ohrenartig, ab *οὖς*, *ὠτός*.

§. 30.] 4. A Neutris in *—μα* G. *—ματος*: *ἁρματίτης* wagenkundig, de Lydis, Philostr.; *ἀρωματίτης οἶνος* Gewürzwein, ap. Plin. praeter hoc etiam gemma myrto similis est; *δωματίτης* zum Hause geh., *—ῖτις ἑστία* Aeschyl.; *ἑρματίτης* Festhalter, Ballast, Lycophr.; haematites s. —tis (saepissime hae duae formae confunduntur apud Plin.) Blutstein; *κληματίτης* rankig, clematitis Osterluzei (Gallice clématite, fem.); *κυματίτης* wellig, Const. Man.; *μνηματίτης λόγος* Gedächtnißrede; *στρωματίτης ἔρανος* Gastmahl, zu dem der Wirth das Gedeck giebt, *συρματίτης κόπρος* Mist aus allerlei Streu; *φραγμίτης*, de quo vid. §. 12; hammites lapis piscium ovis similis sec. Plin. an sit ad *ἅμμα* referendum (pro *ἁμματίτης*), anceps conjectura est. De voce *τρωματίτης* vid. §. 87., de *βηματίτης* §. 85. — Ex gentilitiorum numero accensenda sunt: *Ἁρματίτης* in Boeotia, *Ζευγματίτης* in Hispania, *Ῥηγματίτης* ad sinum Arabicum, ap. Steph. B. haec omnia; et ex similitudine unum appellativum *γαλακτίτης*, Plin. etiam galactitis Milchstein.

§. 31.] 5. A Neutris in *—ι*: melites dicitur falsa esse lectio apud Plin. pro melitites, vinum mulsum, et melites lapis, qui est galactitis species sec. Plin. et Dioscor. Cur illa forma brevior rejicienda sit, non plane intelligo. Praeterquam enim quod Comicus in Ranis jocose de Hercule dicit: *Μελίτης μαστιγίας* (ex demo *Μελίτη*) secundum derivationem usitatam *πύλαι Μελιτίδες*, cf. §. 77.; etiam hydromelites et —litis dicebantur. Sane dixerit aliquis, in longiore voce opus fuisse breviore terminatione; sed haec ratio haud ita gravis videtur. Praeterea etiam a *πίπερι* (quod quidem in declinatu caret consonanti) fit piperitis Pfefferkraut, ap. Plin. — De nominibus Levites, *Νεφθαλίτης* etc. alio loco erit dicendum.

§. 32.| 6. A Neutris in —*ν* unicum est *ἀστίτης* Städter, Soph. fr., quod quidem Steph. B. ad adjectivum *ἀστός* rejicit; *ἀστύτης* propius accessisset ad voces obscoenas *ἄστυτος, ἀστυτίς*, quam quod in usu esse posset; itaque praeferebatur *ἀστίτης* et adjectivum *ἀστικός*, pro quo *ἀστυκός* scribere est purismus supervacaneus; cf. Bremi ad Lys. *π. δημοσ. ἀδικημ.*

§. 33.| 7. A Substantivis in —*υς* duo tantum formantur paronyma in —*ύτης*: *βοτρυΐτης* Traubenwein, etiam gemma botryitis ap. Plin.; *δρυΐτης* (*κυπάρισσος*) eichenartig, Theophr., et ap. Plin. dryitis lapis.

§. 34.| 8. Ab Oxytonis in —*ίς*, G. —*ίδος*. A Genitivo terminationem —*ιδίτης* faciunt duo, quantum equidem scio: *ἀσπιδίτης* Schildführer, Soph. fr.; *ἀσταφιδίτης* s. *σταφιδίτης* Rosinenwein. (Similiter *Θινίτης* derivatur a loco Aegypti *Θίς* appellato.) Longe maior pars breviorem terminationem —*ίτης* sequitur, sed haec fere omnia sunt gentilitia. Ex appellativis nonnulla sunt, quae possint a femininis in —*ίς* derivari, ita tamen, ut facile sit, illa ad veras stirpes et breviores referre, unde et ipsa haec derivata in —*ίς* originem habent; talia sunt *βουνίτης, δοκίτης, ἐλαΐτης, ἠρυγγίτης, θυωρίτης, λεπτίτης, σκαφίτης, σφαγίτης, χαλκίτης*, fortasse etiam *νηίτης*. (Etym. Gud. factum esse dicit *παρὰ τὸ ναῦς ναὸς· ὁ δὲ νηὶς εἶδος πλοίου, καὶ ἐξ αὐτοῦ νηίτης*); *ἐρεικίτας ἄρτος* vero ab *ἐρεικίς* tantum potest nomen habere, Athen.; *μαργαρίτης* a *μάργαρος* vel *μάργαρον* videtur facile posse repeti; sed quamquam *μαργαρίς* apud seriores demum scriptores dicitur, tamen hanc veram et genuinam formam fuisse crediderim vel certe genuinae et apud barbaros usitatae simillimam.*) *Ἀγλίτης* servus, Etym. M. (femin. Hesych. dicit *ἀγλεῖτις*) haud scio an ab allio edendo possit esse denominatus. *στεμφυλίτης οἶνος* idem est quod *στεμφυλίς* (Tresterwein), a quo duci potest; utrumque stirpem habet *τὰ στέμφυλα*. Adjectivo *βαλβιτώδης*, quod legitur apud Hippocr., supponendum esset substantivum *βαλβίτης* a *βαλβίς* denominatum; sed scribendum est proprie *βαλβιδώδης*, pro quo illud *βαλβιτώδης* aut ab ipso scriptore, aut a librariis videtur auribus concessum; cf. §. 86. A *δαΐς, δᾴς* habemus paronymum *δαΐτις*, quod majorem taedam significat, sed fortasse rectius apud Erotianum legatur *δέτις*. — Praeter haec clariore modo a vocabulis in —*ίς* derivantur gentilitia: *Ἀλωνίτης* prope Massiliam, Steph.; *Ἀλωρίτης* in Macedonia, Pol. (etymon etiam dicitur *Ἄλωρος*); *Ἀσπαλαθίτης* prope Lyciae oram; *Αὐασίτης* in Aegypto; *Βασιλίτης* ex Basilide Arcadiae regione, Paus.; *Γανδαρίτης* in India, Plut.; *Γυψηίτης* prope Aethiopiae oram; *Ἐλευθερίτης* in Boeotia; *Ἐλεφαντίτης* in Aegypto; *Ἑσπερίτης* s. *Εὐεσπερίτης* in Cyrenaica, Herod.; *Εὐφρατίτης* ex Euphratitide, i. e. Syria; *Ἠλεκτρίτης* ex insulis Electridibus ad Padi ostia; *Ἰδυρίτης* in Pamphylia; *Κορκυρίτης* in Aegypto; *Κρανίτης* in Ponto, et *Κρηνίτης* in Thracia; haec duo a pluralibus; *Κυραινίτης* s. *Κυραννίτης* ad Libyae oram; *Κυρίτης* in Same insula; *Μεσσογίτης οἶνος* ex Lydia; *Παστερίτης* in Aegypto, ibidem

*) Plin. barbaros inventores ejus nominis expressis verbis dicit (9, 35), nec mirum igitur est, hoc vocabulum tam varias formas induisse, *μάργαρος, —ον, —ίς, —ίτη, —ίτης*, Lat. —ita, —itum. Itaque libenter in I. Grimmii, acutissimi etymorum indagatoris, sententiam eo, qui dicit (Deutsche Gramm. III. p. 380) id vocabulum factum esse ex antiquissimo Germanorum merikrioz, quod apud Anglo Saxones merigreot, apud Gothones marigriuts, apud Germanos mediae aetatis mergriez fuerit appellatum, (nunc Meergries, glarea marina.)

Πτολεμαΐτης, Τριχίτης et *Ψωφίτης, τῷ τῆς χώρας τύπῳ*, ut ait Steph.; *Σαλμακίτης* et *Στεφανίτης* in Asia minore; *Φασαηλίτης* in Judaea, Jos.; *Φασηλίτης* in Lycia, Dem.; *Χαλκίτης* in Scythia et prope Chalcedonem; *Ὠφθίτης* in Libya. Praeterea *Κύμη Φρικωνίς* in Ionia etiam dicitur *Φρικωνῖτις*, Strab.

§. 35.| 9. A Paroxytonis in —*΄ις*: *ἐχίτης* lapis maculis distinctus, apud Plin. echitis: *ὀφίτης* schlangenähnlich, ap. Plin. et Stat. marmoris species, ap. Isidor. et Augustin. ophitae sunt serpentis cultores; orchites ap. Plin. oliva testicularia, quacum fortasse conjungendum est catorchites vinum, cujus proprietas non elucescit; *πολίτης* Bürger der Stadt, de cujus magna et varia propinquitate infra longior erit disputatio §. 71. sq.; *ῥαχίτης μύελος* Rückenmark; *σμυρίτης* Schmirgelstein. Unum ab adjectivo: *ἱδρίτης*, in Anthol. *ἱδρίτα* (ap. Suid. falso *ἱδρύτα*). — Nomina ab urbibus derivata haec: *Ἀδραμυττίτης* prope Lydiae oram; in Aegypto *Ἀσδυνίτης, Ἀταρβικίτης, Μεμφίτης, Νιβίτης, Ξοΐτης, Σαΐτης, Τανίτης*,*) *Τισίτης, Χεμμίτης, Ψεντρίτης*; tum *Βαλίτης* in Cyrenaica; *Βαρίτης* in Pisidia, Ptol.; *Γεργίτης* in Troade; *Ἰαβῖτις* in Palaestina, Ios.; *Λεπτίτης, Νιγρίτης, Τεργίτης* in Lybia; *Ναπίτης* et *Τομίτης* in Scythia; *Ῥιζίτης* in Arabia; *Σιρίτης* in Italia; *Σαντίτης* in Gallia; *Στασίτης* in Perside; *Συρτῖται Μάκαι* ad Syrtim Libycam, Ptol.; *Τυλίτης* in Thracia; *Ψιλίτης* ad *Ψίλιν* Bithyniae fluvium; *Χαρμίτης* in Sardinia.

§. 36.| 10. A Properispomenis in —*῀ις*: *γυρίτης* feines Weizenbrot; *τηλίτης* Bockshorn-Wein; *μηνίτης* zornig, Arrian.**) Haec tantum ab appellativis, plura a nominibus: *Βηγίτης* in Illyria; *Βωγχίτης* in Aethiopia; *Ζηλίτης* in Maurusia; in Aegypto *Ζουχίτης, Θμουΐτης* Herod., *Θωνίτης*, sed *Θωνῖτις λίμνη* in Armenia, Strab.; *Πυηνίτης* et *Τυηνίτης*, utrumque in Colchide; *Πωλίτης* ab insula quadam Polide; *Σειρῖτις* in Lucania, Strab.; *Ῥακωτίτης* ex ea Alexandriae parte, cui nomen erat Rhacotis; quae quum etiam *Ῥακώτης* scribatur, possumus etiam huic adnumerare *Μενδίτης* a *Μένδης* et *Ξουχίτης* a *Ξούχης*, utrumque ad Aegyptum pertinens.

§. 37.| 11. A Proparoxytonis in —*ις*: *ἐπαλξίτης* Stein der Brustwehr; *σιλιγνίτης* Brot vom feinsten Mehl aus Sommerweizen; *Δαμαλίτης* nomen propr. ap. Suid. — Gentilia haec: in Aegypto *Ἀθαραβίτης, Ἀθριβίτης* (al. *Ἀθλιβ.*) Strab., *Ἀνυσίτης, Βουβαστίτης* Herod., *Βουσιρίτης* id., *Ἐλβουθίτης, Ἑρμωνθίτης, Κραμβουτίτης, Μενουθίτης, Μετηλίτης, Μυεκφορίτης* Herod., *Μωμεμφίτης* Strab., *Ναυκρατίτης*, Oasites Plin., *Ὀνουφίτης* Herod., *Παπρημίτης* (*Παπριμ.* Steph.) Herod., *Παρεμφίτης, Πνεβεβίτης, Σαδαλίτης, Σαργανίτης, Ταποσειρίτης, Τευωχίτης, Ὑψηλίτης, Φενεβηθίτης, Ψινεκταβίτης, Ψιτταχεμίτης* et *Ψωχεμμίτης*, deinde procul mari rubro *Ὠγυρίτης*; in Libya: *Ἀξουμίτης* (apud Phot. cod. 3. Aethiopum caput nominatur *Αὔξουμις*), *Βουναρτίτης, Ζαγυστίτης, Ζηβυττίτης, Ἰαγξουατίτης, Κυραινίτης* (vide supra §. 34.), *Ὑασίτης*; in Hispania *Συαλίτης*; in Gallia *Σισιγυλίτης*; in Italia *Συβαρίτης* Herod., —*ρῖτις* Theocr. (qui etiam pro masc. habet *Συβάρτας*); in Epiro *Θυαμίτης*; in Boeotia *Εὐτρησίτης*; in Locris *Αἰγωστίτης*; in Attica *Τετραπολίτης*; in Arcadia *Νωνακρίτης*; ad Hellespontum *Κυπασίτης*; in Troade *Βερυτίτης*; in Scythia *Ταναΐτης, Ὑπανίτης*; ad Pontum *Πατρασίτης*, Hecat.; in Asia minore

*) Apud Plin. Tenites fortasse est *Τανίτης νομός*.
**) Falso Passowius hoc a verbo *μηνίω* ortum dicit: cf. infra de verbalibus §. 48. sq.

Φασηλίτης (v. §. 19.); in Syria Καννυτίτης, Νικατορίτης; in Phoenice Λιηβρίτης; in Palaestina Ἀντιπατρίτης; in India Ἀραβίτης ad Arabim fl., Σαραπίτης. — Qui apud Steph. B. Ἐπαρῖται dicuntur esse in Arcadia, scribendi sunt Ἐπάριτοι, ut scribit Xenoph. in Hell. — Unicum est in —ιδίτης: Ἰαβιδίτης apud Josephum, ab urbe Ἴαβις, cujus situs incertus.*)

§. 38.] 12. A substantivis in —ξ (et —ψ). Haec ad radicem in —κ, —γ, —χ (et —π) desinentem terminationem addunt: ἀνθρακίτης kohlig, anthracitis Steinkohle, Plin.; δονακίτης von Rohr, —κῖτις spina alba, Dioscor., et —κῖτις ψήκτρα Streicher von Rohr, Anthol.; θυλακίτης sackartig, —ῖτις μήκων et νάρκισσος Diosc.; θωρακίτης mit Brustpanzer, Pol.; ἱερακίτης Habichtstein, hieracitis ap. Plin.; ὀμφακίτης Wein v. unreifen Trauben; πλακίτης plattenartig, placitis eine Art Galmei, Plin.; χαρακίτης arundo fissa, Propert.; myrmecites Stein mit Ameisen, Plin.; τριχῖτις στυπτηρία alumen pilare, Dioscor.; φοινικίτης Palmenwein, etiam lapis phoenicites s. —citis ap. Plin.; syringites rohrartiger Stein, id., et phlogites feuerfarbiger St. et sarcites fleischähnlicher Stein; ὀνυχίτης onyxartiger Stein; πνυκίτης sive potius πυκνίτης δῆμος populi comitia, Aristoph., qui simul alludit ad πυκνός; phalangites Soldat der Phalanx, Liv. (de alio vocabulo cognomine v. §. 23.). — Nomina propria haec: Θωρακίτης in Aetolia et Magnesia; Λυγξίτης in Libya, (in quo ξ notandum). Quibus facile se adjungunt duo a nominibus in —οψ derivata: Μοψοπίτης et Κεκροπίτης cf. infra de term. —ίδης et —ίτης §. 86.

§. 39.] 13. A substantivis in —άς, —άδος praeter νομαδίτης (§. 5.) tantum στοιχαδίτης Stöchas-Wein, derivatur et unum nomen inferiore tempore usitatum, Ἀρκαδίτης.

§. 40.] 14. A substantivis in —ηρ item unicum appellativum asterites, de basilisci specie ap. Apul. — Martis cognomen Θηρίτας s. Θηρείτας (ferus?) utrum a θήρ an a θήρα originem traxerit, non potest dijudicari.

§. 41.] 15. A substantivis in —ην: ποιμνίτης ex ποιμενίτης factum esse, non est cur putes, cf. §. 3. Praeterea: λιμενίτης zum Hafen geh., complurium Deorum cognomen, e. gr. —ίτης Πρίηπος et —ῖτις Ἄρτεμις Anthol.,**) praeterea dicitur λιμενῖτις φυκίς; σπληνίτης zur Milz geh. — Pro Σειρηνῖτις apud Strab. (6, 255.) scribendum sine dubio Σειρῖτις, nam Sirenum insulae longe absunt ab illo loco, quum sint ad occidentalem Italiae oram.

§. 42.] 16. Ab Oxytonis in —ών, G. ῶνος pauca sunt appellativa: γυναικωνίτης et —νῖτις Frauengemach; λειμωνίτης et —νῖτις zur Wiese geh.; τραχωνίτης rauh, fem. etiam nomen proprium est. Plura gentilitia: Ἀγκωνίτης in Italia, Steph.; Ἀρβωνίτης in Illyrico, Pol.; Αὐλωνίτης in Peloponneso, Xen.; Γαζελωνῖτις regio Ponti (leg. etiam Γαδιλ.) Strab.; Γαβαωνίτης s. Γεβεωνίτης Nov. Test.; Ἐσεβωνίτης in Palaestina, Hesych.; Καβελλιωνίτης prope Massiliam, Steph.; Κασταλωνίτης in Hispania, id. (certe Κασταλών scribitur ap. Pol.); Ναρβωνίτης et —νῖτις in Gallia, Strab. (Νάρβων ap. Pol.); Nasamonitis lapis; Πορφυρεωνίτης in Phoenice; Φαζημωνίτης ad Pontum, Strab.; Χαλυβωνῖτις in Syria, Ptol.;

*) Unde gentile Ἰαβῖτις fluxerit in Papii Lexicon, plane nescio.

**) Videndi sunt ibi Jacobs et Huschk. Anal. 222. Scaligeri lectio ὁ Ἀλιμενίτης minus placet. Ἄρτεμις λιμενοσκόπος etiam dicitur ap. Callim. H. in Dian. 259. etc.

et a monosyllabo: Ῥωνίτης in Scythia, Steph. — βωνίτης apud Callim. boum pastor dicitur, alias βούτης, βώτης. Radix sine dubio est βοῦς, cujus accus. Dorice est βῶν, sed ne ab hoc quidem illud paronymum repetere sustineo.

Ab Oxytonis in ών, —όνος haec: σιαγονίτης μῦς Kinnbacken-Muskel, siagonitae et siagones ap. Coel. Aurel.; σινδονίτης feines Linnen aus Sind; stagonites Harzbaum, Plin. — Ἀνθηδονίτης in Boeotia, Ἠιονίτης in Macedonia, Φαμιζονίτης in Syria.

§. 43.] 17. A Paroxytonis in —ων, et primum quidem a genitivis in —ωνος: glechonites Polei-Wein, Colum. (sane interdum o corripitur); μηκωνίτης mohnartig, gemma ap. Plin.; πωγωνίτης bärtig, et a nomine: Χαρωνίτης. Gentilitia haec: Ἀσκαλωνίτης in Syria, Δασκωνίτης prope Syracusas, Καυκωνίτης in Bithynia, Νεβρωνίτης et Νεσσωνίτης in Thessalia, Ὀβολκωνίτης in Hispania (Ὀβούλκων urbs est ap. Strab.), Ῥιζωνίτης in Dalmatia, Σαλωνίτης in Bithynia. Ταῤῥακωνίτης in Hispania, Φλανωνίτης ex Absyrti insula, Φρικωνίτης, de quo vid. §. 34.

A Genitivis in —ονος nonnulla gentilitia: Ἀδερκονίτης in Hispania, Ἀκμονίτης in Phrygia, Αὐσονίτης in Italia, Lycophr., Χαονίτης in Epiro, id.

A Genitivo in —οντος est dracontites s. —titis, gemma ap. Plin. — Simile est ὀδοντίτης foeni species, quod vocabulum in Steph. Thes. perperam scribitur ὀδοντίδης: huic possit subjungi synodontites apud Plin., lapis e cerebris piscium, qui vocantur synodontes.

§. 44] 18. A Neutris paroxytonis in —ος pleraque terminationem —ίτης ad consonantem radicis finalem applicant: βελίτης κάλαμος Pfeilrohr; ἑρκίτης eingesperrter Sklave; ἐθνίτης Landsmann, Suid. (f. l. —ιστής, v. §. 85.); ἐτνίτης ἄρτος Erbsenbrei-Brot; καρφίτης θάλαμος Wohnung aus Halmen, Anthol.; μερίτης Theilnehmer; σκοτίτης verdunkelnd, etiam Jovis cognomen (praeterea regio Tegeam inter et Spartam erat Σκοτίτας s. Σκοτιτᾶς ap. Pol.); στεγίτης zum Dache geh.; φεγγίτης Leuchtstein, Marienglas, etiam ap. Plin. — Diphthongum habet ὀρείτης Bergbewohner (et gemma orites ap. Plin.), et hoc fortasse fluxit ex analogia similis vocis παρωρείτης, quae facta est ex παρωρεία. Secundum Steph. B. s. v. Βορυσθ., ubi diversa confundit more solito, etiam Ἐλείτης et planta ἐλεῖτις ducenda sunt a nomine ἕλος, cujus familia sane aspirationem saepius mutat (cf. Lobeck. path. p. 375); quod nec probare possum nec reprobare. Etiam ἐλιφῖτις, piscis quidam palustris, haud scio an eandem originem habuerit.

§. 45.] 19. A Properispomenis in —ος: ζευγίτης verbunden, zeugites calamus eine Rohrart für Vogelsteller; κτηνίτης Viehhirt, Gloss. (ἐπικτηνίτης vid. §. 26.); phycites s. —citis gemma ap. Plin., et gentile Τειχίτης ab urbe Achajae, quae nominabatur Τεῖχος.

A Proparoxytonis in —ος: πελαγίτης auf oder von dem Meere; τεμαχίτης großer zerstückelter Seefisch*); τεμενίτης im heiligen Haine, etiam mons prope Syracusas, qui praeterea Τεμενῖτις ap. Thuc. vocatur, quippe totam regionem complectens; Ἀπόλλων Τεμενίτης, (Temenita, Cic.) Syracusanis in cultu erat;**) τεναγίτης sumpfig.

*) Passowius etiam hoc vocabulum perperam a verbo τεμαχίζω ducit.

**) Praeterea, si recte intelligo Steph. verba, etiam urbs Siciliae erat, cujus incola dicebatur Τεμενίτης.

§. 46.] 20. A substantivis in —εύς fit terminatio —είτης, de qua agetur §. 61; a nominibus in —ώ fit —οῖτης, de qua vid. §. 65; de Ἀθωΐτης cf. §. 67. Notandum est, a quibusdam terminationibus tertiae declinationis nulla fieri paronyma in —ίτης. Sunt autem fere hac: —ας G. —αντος, —εις G. —εντος, —ην G. ηνος, —ηρ G. —ηρος (excepto fortasse θήρ), —της G. —τητος, —ης G. —ους (praeter Βορυσθενείτης, de quo vid. §. 62.), —υς G. —εως, et praeter has nonnullae rariores, ut —αυς, —ους, —ώς, —ῶν G. —ῶντος, —ορ, —ωρ, —η, —υν, —υρ etc.

V. Derivata in —ίτης suppressa vel supponenda.

§. 47.] Ex quo Romani Graeciam adierant, tum ex moribus, tum ex litteris Graecorum multa ad illos redundabant, et vel linguarum vinculo ita Romani cum Graecis sunt conjuncti, ut altera ex altera nonnulla in suum receperit usum. Utriusque rei testimonia ex ipsis scriptoribus eruere, vel gratum sit talia curantibus, vel arduum et difficile exploratu. Qui Ennium habent ex fragmentis notum, quique Polybii libros evolverunt, iis exempla afferre opus non erit.*) Hac loco de una tantum re agendum est, quippe de adjectivis in —ιτικός et —itanus, quae ita ab urbium nominibus derivata sunt, ut quasi interponendum sit paronymum in —ίτης non usitatum. Quum enim terminatio —ικός et —icus utrinsque linguae fuerit, facile evenit, ut quasi una earum alteram in formandis vocibus adjuverit. Talia sunt: Σιγγιτικός Thuc., Strab.; Γαυλανιτικός Jos.; Σαβαϊτικός Strab., apud Romanos Anaïticus (lacus), Samniticus, Elaniticus (sinus). Porro si terminationem —itanus spectes, in hac quasi —ιτ (ίτης) a Romanorum sermone concessum videtur Graeco, rursus —anus a Graeca lingua Romanae. Transitum videmus e. gr. in his: Τιγγίτης Tingitanus, unde Strabo iam recipit formam Τιγγιτανός, ita tamen ut simpliciorem formam non aspernetur; a Θερμίτης, quod apud Steph. legitur, Ciceronis sunt Thermitani; Afranius adhuc Graecam formam Neapolitis habet, Plinius vero Romanorum more dicit Neapolitanus, Graeci Νεαπολίτης; quibuscum comparanda sunt Τριπολίτης et Tripolitanus. Contra nonnulla paronyma in —itanus omnino carent radice in —ίτης, ut promontorium Caralitanum et Gorditanum in Sardinia, fretum Gaditanum, terra Zengitana, Pentapolitana, Thysdritanus, Herpeditanus, Μαλακιτανὸς κόλπος, Λαγαριτανὸς οἶνος in Italia inferiore apud Strab., cet.

VI. De verbalibus in —ίτης.

§. 48.] Sunt quaedam substantiva a verbis derivata, quorum in terminatione —ίτης iota ad stirpem pertinet, velut a liquidatis: κριτής (nomen Πολυκρίτης ap. Philox. ep.), ἐκκλίτης Diog. L. (de diverso accentu longum est disputare), a vocalibus: ἴτης ferox ap. Plat., δαίτης et similia, de quibus vid. §. 59. Aliter se habent illa, in quibus etiam τ ad stirpem pertinet, scil. quae desinunt in κοίτης, φοίτης, χαίτης, de quibus vid. §. 65.

*) De Polybii romaïsmis nonnulla scripsi in excursu, quem de illo scriptore confeci ad Aetolorum historiam, Berol. 1844 editam (cf. Gymnas. Gedanens. progr. 1843).

§. 49.] Sed praeter haec est numerus eorum, quae technici tum veteres tum recentiores a verbis temere repetant, ut ἀγνίτης et τεμαχίτης ab ἀγνίζω et τεμαχίζω, ἀλείτης ab ἀλεέω, μηνίτης a μηνίω, σωρίτης a σωρεύω, quae facillime posse ad veras stirpes substantivas referri, supra ostendimus. Praeter alias grammaticorum ineptias etiam haec est, quod Pnigitis terra (a Pnigaeo Asiae promontorio) refertur ad verbum πνίγω, nimirum quia illa terra deglutientem suffocare videtur. Etiam λεσχηνίτης equidem libentius conjunxerim cum substantivo λεσχηνία (saepius —νεία), quam cum verbo λεσχαίνω, cujus aor. I. ἐλέσχηνα haud scio an usquam in usu fuerit. Porro si Plinii interpres Millerus, qui interdum Cratylum agit, nomen populi Sarmatici Ἐπαγερίται ad verbum (ἐπαγείρειν) revocat, in eundem incidit errorem cum multis veteribus grammaticis, scil. ut nulla gentium et linguarum ratione habita nomina barbara cum Graecis confundantur vocabulis. — ὀρσίτης Cretensium saltatio, quum vix Graecum vocabulum sit, equidem ab ὄρνυμι esse repetendum non affirmaverim, quum praesertim significatio non magnam habeat similitudinem.

§. 50.] Quae si recte perpendimus, perpauca tantum substantiva in —ίτης a verbis possint repeti: ἀίτης vel ἀείτης, φειδίτης et ῥείτης, de quibus singillatim dicendum. Ac primum quidem ἀίτης apud Theocritum vel Dosiadam in Ara legitur, vocabulum Doriensibus, praecipue Thessalis usitatum (Müller Dor. II, 290. cf. Lob. path. 377.). Quod quum in Etym. M. derivetur παρὰ τὸ εἰσαΐειν, etiam ap. Lycophr. ἀείτας nonnulli interpretabantur: auditores, quum alii aquilam (ἀετός) ibi viderent. Quidam grammaticus in Etym. Gud. dicit ἀείτης· ἑταῖρος, παρὰ τὸ ἀεὶ συνεῖναι τῷ ἑταίρῳ, ita ut ab adverbio derivandum sit. Non videt homo rarae insulsitatis, τὸ συνεῖναι esse rem principalem, et omnia quae semper fiant, eodem jure posse ab ἀεί appellari. Alius in eodem Etym. dicit: ἀΐτης ὁ ἐρώμενος, παρὰ τὸ ἄειν ὅ ἐστι πνέειν, ὁ εἰςπνέων ἔρωτα τῷ ἐραστῇ· φασὶ γὰρ γενέσθαι ἔρωτα διὰ τὸ εἰςπνεῖσθαι τὸν ἔρωτα τοῦ ὁρωμένου (leg. τῷ ἐρωμένῳ), ὅθεν καὶ εἰςπνήλας καλοῦσι τοὺς ἐραστὰς οἱ Λάκωνες. Quam vocis originem non magis puto plurimis etymorum scrutatoribus acceptam fore quam priores; nam in ea quoque res principalis, quasi cardo, in quo res versatur (ἔρως), plane omitteretur. Ceterum etiam femininum ἀΐτις in usu fuisse apparet ex verbis alius grammatici in Etym. Gud. ἀϊτίας, i. e. ἀΐτιδας, σημαίνει τὰς ἐρωτικάς· ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ὁ δεσπότης ἀρσενικοῦ γίνεται τὸ θηλυκὸν διὰ τοῦ ι ἡ δέσποτις, οὕτως καὶ ἀΐτις (falso ἀιτίς) διὰ τοῦ ι, ἀΐτιδος, καὶ ἐκεῖθεν ἀϊτίας leg. ἀΐτιδας.

§. 51.] Porro quum veri simile non sit Spartanorum juvenes multiplici corporum exercitio functos in coena admodum pepercisse juri suo nigro, quod erat frequentissimum inter eos epulum, ineptum foret φειδίτια (et φειδίτης?) a verbo φείδομαι derivare, quum praesertim φειδίτια etiam φιδίτια, imo φιλίτια scribantur et explicentur: συσσίτια. Itaque quanto satius est ad stirpem φίλος recurrere, quae fortasse Laconibus sonuerit φίδος sive φεῖδος.

§. 52.] Praeter haec ne unum quidem, quantum equidem sciam, vocabulum in —ίτης jure aliquo possit ad verbum reduci; χαρακίτης enim nonnisi comicum habet sensum (cf. §. 54, a.) et verbale non est; ῥείτης vero unicum est simplex in —είτης, quod adhuc adnotatione dignum videatur, sed id ipsum a grammatico tantum inventum esse videtur propter quaedam parasyntheta. Etym. M. enim dicit: Ῥείτης] ἐκ τοῦ ῥέω, ῥεῖτης καὶ κατὰ συναίρεσιν ῥείτης, ἐξ οὗ τὸ βαθυῤῥείτης καὶ εὐῤῥείτης. Ῥειτοὶ δὲ ποταμοὶ

δύο, etc. Nusquam apud scriptores legitur *ῥείτης* nec *ῥεῖτης*, sed *βαθυῤῥείτης* et *εὐῤῥείτης* apud Homerum, ex quibus hoc etiam Joanni Gramm. (Anthol.) usurpatur *Ἵππος εὐῤῥείτης* de lavacro publico, cui Equi nomen erat. Quum vero *εὐρρεῖος* genitivus sit apud Hom., qui a nominativo *εὐῤῥεής* deducatur, facile est inde repetere *εὐρρείτης*, quemadmodum a *Βορυσθένης* est *—νείτης*. Et si qui sunt, quibus id minus probetur propter accentum stirpium diversum, ii cogitent de substantivis in *—´εια*, quae saepe ab adjectivis in *— ής* derivantur; ita ut ab *εὐῤῥεής* fiat *εὔῤῥεια* (gute Strömung), et inde *εὐῤῥείτης*. Simile aliquid habemus in voce *ἀτημελείτης*, quod in Etym. Gud. explicatur *ἀνεπιμελής**); nam quum praeter *ἀτημελής*, etiam *ἀτημέλεια* in usu fuerit (v. Passow. Lex.), non mehercule excogito, cur non ab hac stirpe repetamus illud vocabulum.

§. 53.] Dicendum hoc loco videtur de quibusdam Nominibus Virorum, quae a verbis vel repetuntur vel possunt repeti. In universum non multa sunt nomina virorum in *—ίτης*, eaque partim barbara, ut *Ἀρσίτης* Persa ap. Arrian., Abulites Persa ap. Curt., *Ἀναῖτις* Persarum et Armeniorum Dea, ap. Strab., etiam Dianae cognomen apud Lydos sec. Paus.; *Αὐταρίτης* Gallus ap. Polyb.; *Καμβλίτας* Lydorum rex ap. Nicol. Dam. Alia ita sunt comparata, ut a stirpe Graeca deduci haud facile possint, quamvis Graecorum sint, ut *Ἀγχίτης*, Emped., *Μανίτας* in Inscr., *Δαφίτας* grammaticus in Anthol. et in Inscr., *Ἀστυγίτης* ap. Antonin. Lib., *Ξωβίτας* in nummo (ap. Mionn.). Rursus alia cum appellativis fere congruunt, ut *Ἀρμενίτης* in nummo Cymaeo ap. Mionn. (certe possit esse pro *Ἀρμένιος*, quod et ipsum est viri nomen ap. Alciphr.); *Παλαιστρίτης* Laco, in Inscr.; tum a secunda declinatione repetenda: *Γαυλίτης* Thuc., Xen.; *Καλαμίτης* heros Atticus, Dem.; *Λοχίτης* Atheniensis, adversus quem una est inter Isocr. oratt.; *Ἱππίτας* Cleomenis socius ap. Pol., pro quo apud Plut. legitur *Ἱππότας*;**) fortasse etiam *Ὀνίτης* Indus ap. Nonnum, et *Ὀπίτης* ap. Suidam et Hom., cui subjungi potest *Δηιοπίτης* Trojanus ap. Hom. al.; tum a tertia declinatione haec: *Λαμαλίτης* apud Suid.; *Θερίτης* ap. Lucian.; *Ὀφίτης* Thebanus, ap. Lucan.; *Πολίτης* complurium nomen ap. Hom., Paus. al.; *Πανίτας* Messenius et *Παντίτας* Laco, uterque ap. Herod. — De duobus nominibus *Λυρίτης* et *Ἀρχίτης* eorumque derivatione dubius haereo. *ΛΥΡΙΤΕΣ* inverso litterarum ordine legitur in vase quodam (De Witte déscr. d' une coll. de vases peints, Paris 1837, p. 28. n. 60); id nomen an referendum sit ad *λυρόν* vel ad *λύρα*, non potest dijudicari. *ΑΡΧΙΤΕΣ* est artificis nomen in vase inscriptum (Panofka Musée Blacas p. 48, De Witte in Revue de philol. II. p. 424 et 510), sed ibidem nomen *ΑΡΧΙΚΛΕΣ* scribitur, alias tam saepe obvium, ut illud fortasse errore tantum inductum esse possit. Scimus enim saepissime ab artificibus in nominibus inscribendis commissos esse errores, ita ut idem artifex mode *ΓΛΑΥΚΥΤΕΣ* (verius *Γλαυκίτης* a *γλαυκός*), modo *ΓΛΑΥΚΥΕΣ*, modo *ΓΛΑΥΧΥΤΕΣ* scribatur. (Gerhard neuerworb. Denkm. d. Berl. Mus. 1598; Vasenbilder. 235. f.)

*) Utrumque desideratur in Passowii aliorumque Lexicis.

**) Multa virorum nomina cum voce *ἵππος* composita sunt (vid. Keil. spec. onomat. p. 50.), nullum praeter hoc et *Ἱππίας* derivatum. Pro *Ἱππίτας* Polyb. V, 37, 8 Reiskius legebat *Ἱππίας* vel *Ἱππότας*, ut est in Plut. Cleom. 37. Quas praeterea formas nominat Lobeck. path. p. 396, *Ἱπποίτας* et *Ἱππύτας*, equidem nusquam inveni.

§. 54.] Quae a verbis aliquo jure deducuntur, haec sunt virorum nomina in *—ίτης*: *Χαιρίτας* in nummo apud Mionn., *Πραξίτας* Laco ap. Xenoph., *Θερσίτης* Aetolus ap. Hom. al., et fortasse *Ὀλίτης* filius Heraclis, Soph., ubi etiam pro *Γληνός*, *Ὀλίτης* conjuncte legitur *Γληνοσολίτης*, vel *Ὁδίτης*. (Heyne ad Apollod. p. 229.) De primo nomine non habeo quod dicam, duo reliqua possint a futuris *θέρσω* et *πράξω* esse denominata, quamquam substantivum *πρᾶξις* facillime praesto est, si velis paronymum esse. De nomine *Θερσίτης* non convenit inter veteres technicos, utrum paronymum sit an verbale. In Etymol. tum Magno tum Gudiano utrumque profertur, nam modo a *θάρσος* deducitur, quod Aeolice sit *θέρσος* (ut *βάθος βένθος*, *πάθος πένθος*), modo *παρὰ τὸ θέρω τὸ θερμαίνω, θερμὸς γὰρ ἦν καὶ προπετής*, ita ut a futuro Aeolico *θέρσω* repetatur. — Quae quum ita sint, nescio an nullum sit nomen proprium in *—ίτης* a verbo repetendum.

Exiguus tantum in universum numerus est nominum virorum per *—ίτης* derivatorum; id quidem facile intelligitur vel perspiciendis veterum librorum indicibus.

§. 54. a.] Restant quaedam voces in *—ίτης* numero paucae, propter quas operae pretium non est novos instituere ordines, quasque simul hoc loco proferre satius duxi:

ab adverbio duci possit: *χαμίτης* humilis.

a praepositione cum casu: *Ἀμφαξίτης* Axii accola, regio *Ἀμφαξῖτις* (Steph. fluvium falso *Ἀμφάξιον* nominat), Polyb., Strab.; *παραιγιαλίτης* piscis in litore vivens, cui Steph. subjungit *Παραχελωΐτης* et *παρωκεανίτης*. Tamen fortasse haec ab adjectivis compositis possunt repeti.

omnino obscura origine haec nata sunt: *φιλοβολίτης*, de quo supra; *κατοχίτης* vinum, quod explicatur palmiprimus (fortasse a *καταρχή*?); syrites lapillus in lupi ventre obvius, Plin.; *βαλίτης* incertum quid, ap. Geopon.; *τισιγίτης* et *ταβαίτας* vasorum nomina Persica; ananchitis lapis fascinatorius, Plin.; et alius praeterea anachites, adamantis nomen, quod venena irrita faciat et lymphationes abigat; gemite s. gemites (velut in petra candidis manibus inter se complexis); dentritis; oritis globosa specie; synophites et alia lapidum nomina.

His adjungi potest *χαρακίτης βιβλιακός* ap. Timon., Bücherschmierer, ubi fortasse calamus (fissa arundo, Propert.) dictus est pro homine, qui nimis eo utitur, ut nostrates dicunt Weinfaß, Weinschlauch etc. de homine ebrio.

§. 55.] VII. Inserenda sunt hoc loco illa nomina propria in *—ίτης*, quae paronyma quidem videntur, tamen stirpe Graeca omnino carent, ad quam possint referri. Eorum magna pars populos remotissimos significat, ut in India: Bisambrites, Peucolaïtes, *Σαχαλίτης*, Scyrites, *Ὠρίτης*, in Arabia: Adramites et *Χατραμωτίτης* (in terra Hadramaut), *Ἀμμανίτης*, *Ἀσκίτης*, *Αὐσαρίτης*, Bachilites, Coranites et *Κερδανίτης*, *Ἐλαίτης*, *Ἐλαμίτης*, *Εὐωνυμίτης*, Gebanites, Gedranites, Homerites, Leanites, Madianites, *Μαρανείτης*, *Ῥαμανίτης*, *Σαμβίτης*, in Perside: *Ἀραβίτης*, Cabolites, *Δαρείτης*, Eorites, Huzites, in Assyria *Χαλωνίτης*, in Aethiopia Adulites, *Αἰανίτης*, *Ἀρταβίτης*, *Αὐσχίτης*, Daratites, *Μαστίτης*, Mathites, Nisites, Sembrites, in Mauretania Maconites, in Phrygia *Ἀβλίτης*, in Lydia *Ἰαωνίτης*,

in Ponto *Ἀππαΐτης* sive *Κερκίτης*, in Scythia Archilachites, Anzabites, Samites, Tyrangites, in Amano Bomites, circa Palaestinam Ammonites, Edomites, Elamites, Gomolites, Midianites, Moabites etc., in Epiro *Καμαρίτης* (Dion. Per.), in Dalmatia Arthites, in Illyria *Δασσαρίτης*, in Liburnia *Ὑθμίτης* (Hecat.), in Italia Gallites, et quodammodo etiam *Σαννίτης* et *Σαμνίτης* (illud ap. Appian. et Polyb., hoc ap. Steph. B.); *Γραμμίτης* et Namnites in Gallia, *Σισιγυλίτης* prope Celticam, ut ait Steph.; in Hispania denique *Θερσίτης*, sed hoc in Polyb. III, 33, 9 falso tantum legitur pro *Ταρσηίτης*, quod oppidum *Ταρσήιον* ipsi Polybio nominatur III, 24, 2. Quid sint *Ὀρεῖται Ἴβηρες*, multi multa protulerunt ab Ursino usque ad Schweigh. (ad Pol. III, 33.). — Ameritae ap. Photium plane ignoti.

§. 56.] Ad haec accedunt aliquot regionum nomina in *—ῖτις*: in Paphlagonia *Βαμωνῖτις* et *Δομανῖτις*, Strab., et *Μαρμωλῖτις*;*) in Ponto ap. eundem *Δαξιμωνῖτις* et *Πιμωλῖτις*; in Armenia ap. eundem *Συσπιρῖτις*, apud Plin. Ancobaritis, Caranitis (etiam *Καρηνῖτις*), Gauzanitis, *Ταμωνῖτις*, *Φαυνῖτις*; in Palaestina *Βασανῖτις*, *Γαυλανῖτις*, Gileaditis et *Αἰμανῖτις*; in Arabia *Γαβολῖτις* s. *Γομολῖτις*, et *Γαλαδῖτις*, Jos.; in Caramania Acanthonitis, Agdinitis, Auranitis, Paraepaphitis etc.; in India *Πευκολαῖτις*; in Africa peninsula *Ταφῖτις*, Steph. B., Sembobitis, *Βακαλῖτις* in Aethiopia, et nescio ubi *Ἀβρανῖτις* et *Παγχενῖτις* regiones ap. Suidam. — *Κολπίτης* masc. gen. olim Phoenice dicitur appellata fuisse.

Deinde aliquot montium nomina, ut Casanites in Arabia, Massycites in Cilicia, *Σφαγίτης* Scythiae promontorium; fluviorum, ut *Ἀγγίτης* in Macedonia, Herod.; *Ἀμμίτης* in Chalcidice, Athen.; *Ἀντικείτης* ad Maeotim, Strab.; *Κεντρίτης* in Armenia, Xen., Diod.; *Κοσσινίτης* in Thracia, Aelian.; *Ὁπλίτης* s. *Ὁπλίας* in Boeotia, Plut.; *Μαλοίτας* in Arcadia et *Μεγανίτας* in Achaja, Paus.; Phyrites s. Pyrrhites apud Ephesum, Pyxites in Coelesyria, Sessites in Gallia cisalpina, haec tria apud Plinium. His simillima sunt aliquot lacuum nomina, ut Cercynitis et Lychnitis in Macedonia, Thospites in Armenia (Thospis urbs est Caramaniae), Trogitis in Lycaonia; tum sinuum nomina, ut in Arabia *Αὐαλίτης* Steph., Abalites Plinio dictus; *Λαιανίτης κόλπος*, Diod.; ad mare Persicum *Λαδισακίτης κόλπος*, Marcian. ap. Steph. B., et apud eundem sciptorem *Μεσανίτης* sinus incognitus.

Imo locorum aliquot nomina in *—ίτης* desinentia notanda sunt, quae ad stirpes Graecas referre non est consentaneum, ut *Διοχίτης* Aegypti locus, *Συσπαρίτης* s. *Συιρίτης* Paphlagoniae; ibidem *Αἰγινήτης* et fluvius nominatur et oppidum; Stephano *Ἐρινιάτης* et oppidum Megaridis dicitur et incola ejus, *διὰ τὸ προκατειληφός*. His accenseri possunt insulae *Χελωνῖται* in mari rubro, quarum incolae eodem nomine appellabantur. *Χαλκίτης* autem insula e regione Chalcedonis falso apud Steph. ita scribitur pro *Χαλκῖτις*, adjicit enim: *τὸ ἐθνικὸν Χαλκίτης, ὡς Προσωπίτιδος Προσωπίτης.* — *Μοναρίτης οἶνος* in Cappadocia unde nomen traxerit, ignoratur.

§. 57.] Recentioribus temporibus nonnulla paronyma in *ίτης* ex analogia veterum facta sunt, partim in historia naturali, ut lapides *ἀερίτης*, *ἐχινίτης*, *σταλακτίτης*, imo *στρουφίτης* a viri nomine, et (quod vituperandum) *γραφίτης* a verbo *γράφειν*; partim in historia et geographia, ut Hussites, Taborites, Mennonites, Wiclefites, Marchites (ex Marca Brandenburgensi, e. gr. in libro Seidelii, qui inscribitur Icones etc.)

*) *Ἀβασῖτις* ap. Strab. conjungendum erit cum *Ἀμβασίτης*, est enim *Ἄμβασον* Phrygiae opp. sec. Steph.

§. 57. a.] Ceterum terminatio *—ίτα* pro *—ίτης*, quae a Latinis libentius recipiebatur, jam Graecis, imo Atticis erat nota et trita. Dicit enim Gregorius Corinthius (ed. Schaef. p. 96. sqq.): *Ἀττικῶν ἐστὶ — καὶ τὸ ἐκφέρειν ἐπὶ κλητικῆς τὰς εὐθείας, νεφεληγερέτα Ζεὺς ἀντὶ τοῦ νεφεληγερέτης κ. τ. λ.* Etiam qui Laconum posteri crediti sunt Tzakonii, dicebant *ναύτα, ἐρημίτα, τεχνίτα, προφήτα.* (Villois. not. ined. ad Pind. Ol. 8, 64.) Quidam has formas volunt esse properispomenas, quum *α* in hac terminatione et a Graecis et a Latinis corripiatur: cf. Wagner doctrina accent., p. 140.

§. 58.] De accentu nominum in *—ίτης* propter frequentissimam scripturae diversitatem difficilis est quaestio. Veteres quidem grammatici iota in iis longum esse praecipiunt, ut Etym. Gud. s. v. *Θερσίτης: τὸ σι μακρὸν, καὶ ἅπαντα τὰ διὰ τοῦ ιτης μακρά εἰσι*; imo in multis iota et eta commutantur (§. 90.) Attamen multae nominantur apud Stephanum gentes in *—ίται*, quorum nominibus interdum barbaras voces in —it subfuisse veri simile est. Ita *Αὐσχίται* in Libya, *Γεβεωνίται*, *Γομολίται*, *Νεφθαλίται* in Palaestina, *Θερσίται* illi Polybio adscripti (§. 55.), *Ἰαωνίται* in Lydia, *Ἱππακρίται* in Libya, *Ἱππολαΐτις* in Laconica, *Ἰσμαηλίται* et *Μωαβίτις* prope Palaestinam, *Καινίται* in Italia, *Κασωρίτις* de lupanari ap. Aristoph., *Κερδανίται* in Arabia, *Κουρίται* in Same, *Κρανίται* in Ponto, *Κρηνίται* in Macedonia, *Λαγινίται* et *—νίτις* in Caria, *Μαριαμμίται* in Phoenice, *Μασαισυλίται* in Africa, *Μυλαΐτις* in Sicilia, *Ναπίται* in Scythia, *Νευρίται* in Sarmatia, *Ὁμηρίται* in Arabia, *Πιτανίτις* in Aeolide, *Προσωπίτις* in Aegypto, *Σαΐτις* ibidem, *Σιλινδίται* in Caria, *Σιωνίτις* ad Pontum, *Σκηνίται* in Perside, *Σκαπτησυλίται* in Thracia, *Σκιρίται* in Arcadia, *Συβαρίτις* in Italia, *Ταναΐτις* in Scythia, *Ταρκυνίται* in Italia, *Τετραχωρίται* in Thracia, *Τριοπίτις*, *Τριχωνίτις*, *Τυανίτις*, *Ὑσαΐται*, *Φαμιζωνίται*, *Φαρίται*, *Φρικωνίτις*, *Χαλκίται*, *Χαονίται*, *Χελωνίται*, *Ὡρίται*. Multae tamen in his varietates lectionis ex errore tantum vel levitate fluxerint; ita e. gr. apud Steph. s. v. *Χατραμ.* scribitur *Ὁμηρίται*, ubi propter versus rationem debet *Ὁμηρῖται* scribi. Ita etiam *Διωνιάται* apud eum scribitur, *ὡς Κυδωνιάται*, quod et ipsum falsum, et eodem modo: *Κυνετιάται*, *Πλαταιάται*, *Ποσειδωνιάται*, *Πριουερνάται* (Privernates) etc. Contra *Γεννησαρῖτις λίμνη* scribitur apud Strab., quamvis nomen loci apud Judaeos ultimam habeat brevem.

VIII. Terminatio *—ίτης* praecedente vocali.

§. 59.] 1. Primum *—αΐτης* plane secundum regulam procedit ex *—αΐς*, e. gr. *Ἀργαΐτης* ex insula apud Lydiam, *Ταναΐτις* regio circa Tanaim.

—αΐτης ex simplici *—α* fit abundante *α* in his: *Ἀκραΐτης* in Syria, Steph.; *Ἱππολαΐτης* ex vico Laconiae *Ἵππολα*, Paus.; *Σαβαΐτης* ex *Σαβά* Aegypti, Steph. s. v. *Ὤγυρις*; *Θηβαΐτης* ex urbe Aegypti *Θήβη* vel *Θῆβαι*, Strab. — A pluralibus in *—αι* etiam facilius fit *—αΐτης*, e. gr. *Ἀθηναΐτης* ex oppido Euboeae, cui nomen *Διάδες Ἀθῆναι*; *Ἀμυκλαΐτης* in Laconica; *Κωπαΐτης* in Boeotia; *Συκαΐτης* prope Byzantium; *Μυλαΐτις* in Sicilia. (Ab *Ἄννα* Judaeae oppido, fit *Ἀνναvίτης* sec. Steph.)

Etiam a terminationibus *—αια, —αιος* et *—αιον* derivantur vocabula in *—αΐτης*, ut ab *—αια: Ἀταΐτης* in Laconia, *Ἐλαΐτης* (Steph. s. v. *Ἔφεσος*), *Φωκαΐτης* in Ionia. — Ab *—αιος* et *—αιον: σπηλαΐτης, Ληναΐτης θόρυβος* ap. Aristoph., *Νυμφαΐτης* in Tauride, etiam *Λιλυβαΐτης* ap. Steph., qui tamen etiam fem. habet *Λιλυβαΐτις*. Neque rejiciendum hoc, nam sunt praeterea alia ejusmodi exempla per *—αιίτης* derivata, ut *Ἐλαιίτης* ab *Ἐλαία* Aeolidis oppido, et *Πυλαιίτης* a loco Arcadiae *Πύλαι* s. *Πυλαία*. E contrario ab *Ἀφθαία* fit *Ἀφθίτης*, cui fortasse comparari possint Mesogitis et Pnigitis.

Longius ab analogia recedunt *Γουναΐτης* a loco Syriae *Γούνας*, et *Ὑσαΐτης* a loco Aethiopiae *Ὑσαεῖς*.

Praeterea similem habent sonum *δαίτης*, plerumque *δαιτρός* dictus, et ejus composita: *ἰσοδαίτης* gleichvertheilend, etiam herois a meretricibus culti nomen, Lob. Agl. 622 n., *κρεωδαίτης* Fleischtheiler, Plut., *ξενοδαίτης* Gästefresser, Eur. Cycl., *Πανδαίτης* Atheniensis quidem (Ross, Kunstbl. 1840. N. 32. A.), *Θευδαίτης* in nummo ap. Mionn., *Φαγοδαίτης* parasitus ap. Alciphr., quibus adjungendus *Δαίτης* Trojanus ap. Athen. Tum similia a *χαίτη* facta: *Διοχαίτης* ap. Diog. L., *Δρομιχαίτης* ap. Polyaen., *μελαγχαίτης*, Soph., (etiam canis nomen ap. Ovid. Met.), *ἁβροχαίτης* de Apolline, Anthol., *εὐχαίτης ὑμέναιος*, Nonn. In his quasi abbreviatio inest, quum *τ* littera, quae ad stirpem pertinet, simul formandae terminationi inserviat, et magis etiam in *ἐξαίτης, προςαίτης, Εὐαίτης* apparet. (Keil spec. onomat. p. 61.)*)

§. 60.| 2. Terminatio *—ηίτης* raro tantum occurrit, ut in *νηίτης στρατός* exercitus navalis, *Τηίτης* a loco *Τήιον*, et *Ταρσηίτης* a *Ταρσήιον*, deinde *Γυψηίτης* ab insulae *Γυψηίς* apud Aethiopiam. Minus ad amussim factum est: *Σελευκηίτης*, cui proximum est urbis nomen *Σελεύκεια*, a quo tamen proprie *Σελευκεύς* derivantur sec. Steph., qui *σελευκηίτης* a *σέλευκος* repetit.

§. 61.| 3. Terminatio *—είτης* longissime pertinet et varias amplectitur classes:

Primum ab *—εια* fit *—είτης*, ut *—αίτης* ab *—αια*: In uno appellativo *ἀτημελείτης* (§. 52.), et in multis topicis: *Ἀγαμείτης, Ἀγρωνείτης, Ἀκρωρείτης, Ἀχιλλείτης, Βαλκείτης, Δερβείτης, Δικαιαρχείτης, Εὐγείτης, Ζελείτης, Ἰοπείτης, Καλαυρείτης, Καυκωνείτης, Λυκωρείτης, Μαρωνείτης, Παρωρείτης, Πλατείτης, σαλμωνείτης, σαμαρείτης, σαλωνείτης, Ὑαμείτης, Φιγαλείτης*, quorum nonnulla etiam per *ίτης* scribuntur, cf. §. 62. De *ὀρείτης* et *Ἐλείτης* jam supra diximus §. 44.

Ὠρείτης solum est a masc. secundae declinationis ducendum, quod Xenophon per diphthongum scribit, Steph. vero Byz. disjuncte; dicitur et de urbe Euboea et de urbe prope Lesbum insulam, sec. Etym. Gud., quarum utraque est *Ὠρεός* (*Ὠρίτης* v. §. 55.).

A Neutris in *—εῖον* haec sunt: *ἱερείτης, βαλανείτης*; nam proxima his sono sunt *ἱερεῖον* et *βαλανεῖον*. Pro *βαλανείτης* dicitur quidem *βαλανεύς* in Anthol., sed propterea non opus est corrigere *βαλανευτής*, nam etiam tum possit sonare *βαλανείτης*. Quippe

*) Quod apud Eunap. I, 111. legitur: *ἐπαίτης ὁ βασιλεύς*, plane nihili faciendum est, quare interpretes varias illi loco medelas adhibuerunt: *ἐπείσθη, ἀπέστη, ἐπ' Ἀσίης, ἐπαινέτης*, melius fortasse *ἐπῄνει* vel *ἐπαινεῖ*.

a terminatione *—εύς* praeterea haec derivantur in *—είτης: τραπεζείτης κύων* (cf. §. 62.), *Ἀταρνείτης, Σαλγανείτης, Συβερείτης, Φελλείτης*; et a plurali in *—εῖς: Πεδιείτης*. (Herod. disjungit *Ἀταρνεΐτης*.)

a terminatione *—ης* unicum *Βορυσθενείτης*, sed ne hoc quidem constanter per *ει* scribitur; de *ἀτημελείτης* satis dictum puto.

Nonnulla etiam propria virorum nomina sunt in *—είτης*, ut *Ὀνείτης* Herculis fil. sec. Apollod., et *Γείτας* in nummo ap. Mionn., cui subjungendum *Διογείτας* in Inscr. Haec quum possint ab asino et terra quodammodo deduci, et *Ῥοείτης* Troadis fluvius a *ῥοή*, tamen *Σκολείτας* collis Arcadiae et simul Panis cognomen, et *Καναλεῖται*, quos in Serbia ponit Const. Porph., omnino carent derivatione.

§. 62| Terminationes *—ίτης* et *—είτης* hanc inter se rationem habent, ut modo altera sola locum teneat, modo duae simul, modo una ponatur pro altera.

—ίτης et *—είτης* simul inveniuntur in his: *ἀίτης* et *ἀείτης* (§. 50.); *Βασσαχῖται* et *—χεῖται* Ptol.; *Θηρίτας* et *Θηρείτας* (§. 40.); *Φαναγορίτης* et *—είτης*, quorum illud est ab *—γόριον* vel *—γορία*, hoc a *—γόρεια*, quae est altera urbis nominatio sec. Steph.; *Αἰθαλίτης* et *—λείτης*, ab *—λία* et *—λεια*; *Καυκωνίτης* et *—νείτης* a *Καύκων* et *—ώνεια*; *σωρίτης* et *σωρείτης* a *σωρός* et *σωρεός* (Suid.) vel *σωρεία*; *Βορυσθενείτης* et *—νίτης* a diverso nominis declinatu, sive *—ου*, sive *—εος*, ita ut e. gr. Herod. dicat *Βορυσθενεΐτης*, Strabo vero *Βορυσθενίτης* et *—νῖτις*. Varietas lectionis *Μαργείτης* apud Aristot. pro *Μαργίτης* qua ratione possit defendi, non video. *Ὠρεῖται* Polybio sunt Euboeenses ex Oreo, Oritae vero Indici a Strabone quidem et Arriano scribuntur *Ὠρεῖται*, a Diod. contra et Steph. B. *Ὠρῖται*, imo *Ὠρίται*, et eorum terra *Ὠρῖτις*.

Interdum discrimen interest inter utramque terminationem; ita *Σαλωνίτης* significat civem ex urbe Salone, quae est in Illyrico, *Σαλωνείτης* contra dicitur de Bithyniae urbe *Σαλώνεια*. (Papii Lexico error inest sub h. v.) *Φελλίτης* dicitur de urbe Lyciae *Φελλός*, *Φελλείτης* vero de loco Atticae *Φελλεύς*. Et *τραπεζίτης* confunditur quidem saepius a grammaticis, quid autem discriminis intersit inter hoc et *τραπεζείτης*, docemur ex Etym. Gud., ubi inter alia haec legimus: *τραπεζίτης, διὰ τοῦ ι γρ., ἀπὸ τοῦ τράπεζα (ὁ καταλλάκτης), ἐπὶ δὲ τοῦ παρεσταμένου ἐν τῇ τραπέζῃ, διὰ τῆς ει διφθόγγου, ἀπὸ τοῦ τραπεζεύς, οἷον τραπεζείτης κύων.* —

§. 63.| Interdum *—είτης* terminatio dicitur pro simpliciore. Ita a *Σύβερος* Illyrici oppido derivatur *Συβερείτης*, et ab *Ἀσκάλων* Syriae urbe *Ἀσκαλωνείτης* sec. Steph. Poterant talia facile commutari,*) quum diphthongus *ει* a Graecis videatur rectissime et ore in latitudinem producto pronunciata esse, neque diphthongo *αι* assimilata, ita ut *ει* propius accesserit ad *ι* praesertim antecedente littera *ρ*; etiam *Ἀκρείτας* Apollo apud Lacones in monte cultus conjungendus erit nobis grammaticam spectantibus

*) Etym. Gud. dicit: *ἐμίχθην, τινὲς δὲ διὰ τῆς διφθόγγου γράφουσι.* Alia ejus commutationis exempla sunt *δίνη* et *δείνη* gurges, *δῖνος* et *δεῖνος* vas potorium, *Ἐπαμινώνδας* et *—μει—*, *ἴλη* et *εἴλη* jam apud Herod. et Xenoph.; ita etiam in inscriptionibus legitur *Ἀρεοπαγείτης* (Hall. Lit. Z. 1848. N. 163); in nummis: *Ἀμφιπολειτων, Ροδιαπολειτων* etc.

cum promontoriis Messeniae et Bithyniae, quibus nomen erat Ἀκρίτας. Si porro scribitur Διοςιερείτης, quod est a paratheto Διὸς ἱερόν in Lydia, subest profecto ei scripturae similitudo vocis simplicis ἱερείτης, et rectius scribetur Διοςιερίτης (Plin. Dioshierita) apud Steph.*)

§. 64.] Saepius *—ίτης* scribitur pro *—είτης* per abbreviationem quandam; nam vocabula ὀστρίτης, νεκταρίτης, (persites), κανθαρίτης quum sint ab *—εον* vel *—εα* derivanda, videntur desiderare diphthongum, et (οἶνος) καρηβαρίτης, πανακίτης, λεσχηνίτης si recte ducuntur a substantivis in *—εια*, item *ει* rectius haberent quam *ι*. Possit vero fuisse quaedam formarum abundantia, ita ut καρηβαρία, πανακία, λεσχηνία, quae usu exciderunt, verae sint illorum paronymorum stirpes, et possit eadem ratione etiam γηροκομίτης Greisspfleger (ap. Tzetz. chil.) revocari ad γηροκόμιον, quod sit minus usurpatum quam *—μεῖον*; cf. Lob. Phryn. 695. Inter gentilia mirationem movet Polybianum Μαρωνίτης ab urbe Μαρώνεια, cui adjungatur fluvius Κερυνίτης in vicinio urbis Achajae Κερύνεια, Paus., cujus civis alias nominatur Κερυνεύς. (etiam Κερυνῖτις ἔλαφος ap. Apollod.); deinde ab eadem terminatione: Βουκεφαλίτης in India sec. Steph., Λαοδαμαντίτης et Λαμεδοντίτης in Libya, Ἀλεξανδρίτης ap. Eratosth., quem citat Didymus ap. Steph. B. A nomine Τομεύς (prope Odessum) derivatur Τομίτης, Τομίτις, ubi Steph. addit: ὤφειλε διὰ διφθόγγου γράφεσθαι. Ἀφνίτης ducitur ab oppido Phrygiae Ἀφνεῖον, eadem abbreviationis ratione. — (De terminatione *—ιΐτης* cf. §. 26.)

§. 65.] 4. Terminatio *—οίτης* interdum Aeolica dialecto dicta est pro *—είτης*, ut ἀλοίτης pro ἀλείτης sec. Etym. Gud., (quemadmodum Aeolenses dicebant ὄνοιρος, ἐποίγω cet.). Aliter se habet Κυβίτης et Κυβοίτης, quorum illud a Κύβος (Libyae urbe) derivandum est, hoc a Κύβω, quae erat altera forma sec. Steph. Rursus aliter Σαβίτης et Σαβοίτας, quum urbs illa ad mare rubrum sita tantum Σάβω dicatur. A nominibus urbium in *—ώ* praeterea derivantur Βουτοΐτης, Χομψοΐτης, Ψεβοΐτης et Ψενακοΐτης ad Aegyptum pertinentia.**) Contra Τακομψίτης vel Ταχεμψίτης. Etym. Gud. s. v. Ἀσκαλωνίτης quum varia profert de vocibus in *—ίτης*, tum addit: ἐν πλεονασμῷ γὰρ (videtur aliquid intercidisse) τὰ τοιαῦτα ἐστὶ τὸ ι, ἀγροίτης, δαμοίτης, θυμοίτης, h. e. ex terminatione *—ότης* producitur *—οίτης*. Simile aliquid videmus in ἀστροΐτης ab ἄστρον factum, et Σεθροΐτης ab oppido Aegypti Σέθρον, quod Steph. temere comparat cum Ἀρσινοΐτης. Hoc enim ab Ἀρσινόη est, et eadem ratione Ἀντινοΐτης ab Ἀντινόη, Μεροΐτης a Μερόη, omnino ad amussim factum; similiter etiam μνοΐτης a μνοία, ῥοΐτης et ψοΐτης a ῥόα et ψόα, quorum alteram formam ῥοιά et ψοιά arcessere opus non est (§. 4.). Ceterum si omittimus composita cum κοίτη et φοιτᾶν, quae huc non pertinent (ἀκοίτης, ἄκοιτις, παράκοιτις, Οὐατοκοίτης, πεδοκοίτης, πυρικοίτας?, παγκοίτας, χαμαικοίτης, — ἡεροφοῖτις, Χαμοφοίτης, ἐναυλακοφοῖτις, Θρακοφοίτης etc.), omnis quaestio versatur fere in his virorum (et fluviorum) nominibus, partim Graecis,

*) Rejicienda videtur esse forma Dioshieronita, in qua formanda nulla regularum ratio est habita et quae omni caret similitudine; dicitur autem de Galatiae loco pro Hieronensis. De forma Ἀπολλωνιερείτης idem erit dicendum, §. 76.

**) De diaeresi modo neglecta, modo admissa dijudicare, longum est in tanta lectionum varietate, quum praesertim veteres eam scribere supersederint.

partim barbaris: Ἀγροίτας historicus et Ἀνδροίτας geographus, Schol. Apollon.; Ἀνεμοίτας Thebanus (v. l. *—μύτας*) Dem.; Δαμοίτας pastor, Theocr.; Δεοίτας Codrides, Paus.; Διμοίτης pastor, Parth.; Διοίτας Achaeus, Polyaen.; Ἐχοίτας in Inscr.; Ζυποίτης Thrax, Paus.; Zyboetas Nicomedis adversarius, Liv.; Ἡροίτης in nummo ap. Mionn.; Θυμοίτης Trojanus et Athenienses, Hom., Paus. al.; Κλεοίτας s. Κλειοίτας Olympiae celeber, Anthol.; Μαλοίτας Arcadiae flumen, Paus.; Μενοίτης et *—τας*, Anthol., Callim.; Ξενοίτας Achaeus, Polyb.; Ὀροίτης Persa, Herod.; Πυλοίτης Indus, Nonn.; Σιπροίτης Cretensis, Anton. Lib.; Στιβοίτης Hyrcaniae fluvius, Diod.; Τιβοίτης Bithynus, Polyb.; Φιλοίτης ignotus, Suid. His fortasse addenda sunt ex Theognosto p. 46.: Ἀροίτης, Ἀτοίτης, Λοίτης, de quibus nihil notum habemus; sed cf. Lob. path. 382. — Duo sunt reliqua, sed composita: Πολυποίτης et ζειποίτης. Et hoc quidem sero in usum receptum, nisi gentile barbarum est, possit esse ὁ τὸ ζέον ὕδωρ ποιῶν, scil. in thermis publicis, Moschop. sched. 147.; Crameri schol. ad Tzetz. T. III. p. 357.; illa enim linguae Graecae aetate multa in formandis vocibus potuerunt accidere, quae prius fuissent admodum vituperanda. Quid vero de nomine Πολυποίτης statuamus, quod est Trojani et Aetoli, et ad tempora superiora historiae Graecae pertinet? Quominus Πολυπότης sit, vetat et scriptorum consensus, et significatio nominis, quis enim parentes filio suo ex ipso nomine infamiam paraturos fuisse crediderit. Quae porro explicationis causa proferuntur nomina Πολυποιήτης, Πολυπονήτης (ex lect. var. Πολυπήτης), iis fidem adhibere equidem non possum. Itaque mihi videtur veri simillimum, hoc nomen non tam significare τὸν πολὺ ποιοῦντα, quam τὸν πολλὴν ποίην ἔχοντα, i. e. armentis praeditum, divitem, quae fuerunt illius antiquitatis divitiae. — Tegeatarum tribus Ἱπποθοΐτις videtur ab heroë Hippothoo derivanda.

§. 66.] 5. Terminatio *—υΐτης* raro tantum et ad regulam fit a nominibus, quorum stirps in *υ* exit, ut ex prima declinatione in *—ύαι*: Μιλυΐτης in Asia minore; ex secunda in *—υον*: καρυΐτης euphorbiae genus, Plin.; Θρυΐτης in Elide, et Κυΐτης in Caria, Steph.; ex tertia in *—υς*: βοτρυΐτης et δρυΐτης (§. 33.). Βαρδυῖται, v. §. 90.

§. 67.] 6. Terminatio *—ωίτης* praeter μνωίτης, (i. e. μνοΐτης, §. 4.) tantum gentilium est; a primae declinationis nomine Τροία vel Τροίαι (Aegypti urbe) Τρωίτης, Steph.; a secundae declinationis neutro plurali, ut videtur, Μινωίτης (Steph. s. v. Ἀρκεσίνη); a nominibus in *—ως*: Ἀθωίτης s. Ἀθῴτης ex monte Chalcidices celeberrimo, Lucian. et Steph.; Τλωίτης in Lydia, Steph.; Κρωίτης in Arabia, Steph. s. v. Ἀκρόθυνοι. Eadem ratione factum videtur δμωίτης, quod verbum apud Cretenses servum significabat sec. Steph. s. v. Χίος.

IX. De compositis in *—ίτης*.

§. 68.] a. Primum parasyntheta, quae a vocabulis (adjectivis) compositis in *—ος* et *—ιος* derivantur, omnino aut omittenda sunt aut breviter tantum absolvenda; talia sunt: διπυρίτης, ἐπικληρίτης, ἐπιβωμίτης, ἐπιθαλαμίτης, ἐνορμίτης *), συζυγίτης, τριμοιρίτης, τριοδίτης etc. Deinde magnus gentilium

*) Vocabulum λιμενορμίτας, quod legitur in Anthol. Gr. I. p. 490., plane novum est et inauditum; videtur quasi confluxisse e λιμενίτης (ibid. I. p. 489. II., 279.) et ἐνορμίτης.

accervus enumerandus esset, quae ab urbium nominibus cum *—πολις* vere compositis deducuntur; sed satius duxi, omnia genera gentilium in *—πολίτης* desinentium, quamvis varia sint, uno loco colligere et disponere.

b. Deinde fit interdum, ut particula praeponatur voci in *—ίτης* derivatae, qua ex re oritur compositum non proprie dictum (non organicum dixerim), ut: *ἀνθοπλίτης* bewaffneter Gegner vel gegen.... Bewaffneter; *παροδίτης* Vorbeiwandernder (alio sensu est, si significat *τὸν παρ' ὁδῷ*); *συνοδίτης* Reisegefährte; *συντεχνίτης* Kunstgenosse; *τρισμακαρίτης* hochselig; et fortasse his adjungi possit Plinii lapis synophites, etiam galactites dictus, nisi cui barbaram linguam hoc nomen sentire videtur.

§. 69.] Ex vocibus in *—ίτης* vere compositis primum ea notanda sunt, quae ex radice verbali et substantivo usitato in *—ίτης* sunt facta: *ἀρχιθιασίτης* non *ὁ ἄρχων θιασίτης*, sed *ὁ ἄ. τῶν θιασιτῶν* Präses beim Mahle;*) *φιλοδίτης* Pan, *ὁ φιλῶν τοὺς ὁδίτας* Freund der Wandrer; *φιλοπολίτης* Bürgerfreund; *φιλωρείτης* (factum ex similitudine vocum *ὀρείτης* et *παρωρείτης*) non *φιλῶν τὰ ὄρη*, sed *φιλῶν τοὺς ὀρείτας*. Ita etiam *λιπερνίτης* landflüchtig, armselig, non omni caret analogia; sed si scribimus *λιπερνητής*, etiam facilius potest a verbo composito repeti.**) (*φιλοδειπνιστής* contra apud Diog. L. alio sensu accipiendum est, scil. quasi *δειπνιστὴς φιλῶν τὰ δεῖπνα καὶ τοὺς δειπνιστάς*.)

§. 70.] Ex duobus nominibus, i. e. plerumque ex adjectivo et substantivo, haec: *βραχυφεγγίτης λύχνος* Phil. Thess., kurzes Licht gebend; *κοινολαΐτης* Einer vom gemeinen Volke; *αὐτοπυρίτης* Brot aus dem Weizen selbst vel allein, nisi mavis ab igne derivare, eodem sensu quo *αὐτοπυρίας* vel *ἀποπυρίας*; *ξηροπυρίτης* eodem sensu; *Μεσοτμωλίτης* Leute mitten im Tmolus, vel *Μυσοτμωλίτης* Mysier im Tm.; *μικροπολίτης* Kleinstädter (de aliis ejus generis ab urbium nominibus deductis vide infra); *μονοφυσίτης* der in Christo nur eine Natur annimmt. Aliter se habent *χαυνοπολίτης*, non *ὁ ἐκ χαυνῆς πόλεως*, ut *μικροπολίτης* est *ὁ ἐκ μικρᾶς π.*, sed quasi *ὁ χαυνός* sive *χαυνῶς πολίτης*.***) Similiter apud Joann. Damasc. *ψευδερημίτης* est *ὁ ψευδῶς (καλούμενος) ἐρ.* — De *Καρικομεμφίτης*, *Ἱεροκολπίτης* etc. §. 73.

Ex duobus substantivis haec: *ζωμοτεγανίτης*, apud Apicium fem. genere zomoteganite, Brühpfannfisch; *σακοδερμίτης* Soph. fr. sensu incerto; porro ab *Αἰγὸς ποταμοί* fit *Αἰγοσποταμίτης* retento σ, a *Διὸς ἱερόν* fit *Διοσιερείτης* (§. 63.), a *Διὸς πόλις* fit *Διοσπολίτης*. Ad *Μυσοτμωλίτης* (i. e. quasi *Μυσὸς Τμωλίτης*), ubi aequo jure duo substantiva juxta se ponuntur in modum appositionis, prope accedunt *Καρομεμφίτης* apud Polyaen. et *Ἑλληνομεμφίτης*, i. e. Car et Graecus ex Memphi urbe; fortasse etiam *θεοπασχίτης* apud Phot., cujus significatio minus elucet, et *φιλοβολίτης* s. *φλιβολίτης* s. *φλεβολίτης* incertum ap. Aristot. probl

Incertior etiam est etymologia et quasi ex empyreo illo****) repetenda in his vocibus: *ξενοκουρίτης* Balsam., *ὁλοκωνῖτις* wolliges Kohlkraut, Galen., *ὀνονυχίτης* (cum var.) ap. Tertull. nomen Christo cum

---

*) *θιασίτης* et *θιασώτης*, v. §. 94.

**) De voce *λιπερνήτης*, quam Aristoxenus etiam piscatoribus et nautis indiderit, multa confabulatur Etym. Gud.

***) Quae Passowius in Lex. de hisce vocabulis disputat, contradictionem implicant.

****) Lobeck. pathol. praef.

ignominia inditum. Artotyritae apud Augustinum miro modo homines dicuntur caseum et panem offerentes, in qua voce formanda fortasse ad Tyritas Scythiae barbaros respiciebat. *Λευκανίτης Διόνυσος* sec. Paus. in Elide cultus a *Λευκοκανίτης* posset originem habere, rectius autem a flumine vicino, cui nomen erat *Λευκανίας*.

X. De terminantibus in *—πολίτης* varie distinguendis.
(accedunt aliquot similia.)

§. 71.] 1. Prima classis in fronte habet particulam, sive praepositionem sive α privativum; ita simplicissime componitur *συμπολίτης* Mitbürger (cf. *συνναύτης*, *συνοδίτης*, *συντεχνίτης*, §. 68. b.), quod fere idem est ac *σύμπολις*, scil. ex eadem urbe patria. Contra *ἐμπολίτης* non solum est: in urbe habitans, sed quasi *πολίτης ἔμπολις*. Theopompus quum (apud Polluc.) dixerit *ἀπολίτης*, in vituperium incidit*), tamen veri simile est, eum non solum dicere voluisse *ἄπολις*, sine urbe patria, sed quasi praegnantius *ἀπολίτης* „Unbürger", qui civis nomen non meretur. Equidem idem esse *ἐμπολίτης* et *ἔμπολις* Passowio non assentior, quum praesertim *ἀπολίτης* (falso illi suspectum) significare dicat privatum hominem, Nicht-Staatsmann.

§. 72.] 2. Quae adjectivum ante *πολίτης* ponant, haec sunt: Ut *κακογείτων* est *κακὸς γείτων* sive *ὁ κακῶς γείτων*, i. e. qui vicini partes male agit, ita *ἰσοπολίτης* est *ἴσος πολίτης* sive *ὁ ἴσως πολίτης*, gleichberechtigt als Bürger, (unde fit *ἰσοπολιτεία*, radix autem *ἰσόπολις* neque his subest neque omnino esse potest); *ἀριστοπολίτης* (vel potius in inscriptionibus *ἀριστοπολείτης*, Boeckh. Inscr. I, 1. p. 611. b. Keil. anal. p. 98.) significat virum de republica optime meritum, *τὸν ἄριστα πολιτευσάμενον*; *νεοπολίτης* est *νεὸς π.* neugemachter B., (longe diversum a *νεαπολίτης ὁ ἐκ τῆς νέας πόλεως* B. der neuen St. vel Neustädter, cui subjungi potest *μικροπολίτης ὁ ἐκ μικρᾶς πόλεως* Kleinstädter, von Kleinbürger, ap. Aesch. et Poll.) Illis simillimum est ap. Comicum *χαυνοπολίτης* i. e. *χαυνὸς πολίτης* s. *χαυνῶς π.*, tamen haec iocose dicenti profecto ante oculos versabatur magnus gentilium numerus, quae ab urbium nominibus ejus generis denominantur, ut *Διονυσοπολίτης* sim. — Etiam *φιλοπολίτης* possit significare *τὸν φίλον πολίτην*, rectius vero et nova simul ratione ducitur a verbo: *ὁ φιλῶν τοὺς πολίτας* (*καὶ τὴν πόλιν*), cujus formationis nullum praeterea exemplum habemus, nisi Comici vocem jocose fictam *διαδρασιπολίτης*, quae civem significat tributa publica effugere volentem.

§. 73.] 3. Quae adjectivum iam ante *πόλις* habent, etiam ab his fiunt paronyma; *νεαπολίτης* et *μικροπολίτης* jam nominata sunt; quasi medium tenet Archaeopolites ex urbis nomine jam composito Archaeopolis, i. e. *ἀρχαία πόλις*. — *Μεγαλοπολίτης* est a *Μεγαλόπολις*, ut scribunt Xenoph. et Strabo, tamen Demosth. et Polyb. etiam a *Μεγάλη π.* idem derivant.

His adjicimus quaedam ab aliis radicibus simili ratione facta,

---

*) *ὀνοματίοις τισὶ τὰ ὅλα διέβαλεν*, Longin. subl. 43, 2; nimirum talibus verbis exquisitis et in vulgarem sermonem non receptis.

(ab adjectivo et κώμη: Ἱερὰ κώμη in Caria, Pol.; in Mysia, Plin.; huic incolae sunt uno verbo Hieracometae; a Μεγάλη κώμη Steph. ducit Μεγαλοκωμήτης.)

ab adjectivo et κόλπος: Ἱεροκολπίτης ex Ἱερὸς κ. prope Aradum, Steph.

ab adjectivo et ἀκτή: Καλοακτίτης vel Καλακτίτης ex Καλὴ Ἀκτή in Creta insula, Steph.

ab adjectivo et λιμήν: Καλπολιμενίτης est paulo aliter factum a Κάλπης λιμήν.

ab adjectivo et νῆσος: Μακρονησίτης ex Μακρὰ νῆσος prope Lyciam.

ab adjectivo et τεῖχος: Ἀγοραιοτειχίτης ex Ἀγοραῖον τεῖχος ad Hellespontum, et similiter Ἀκκαβικοτειχίτης in Hispania, Δαυνιοτειχίτης in Thracia, Διδυμοτειχίτης in Caria, Ἡραιοτειχίτης in Thracia, Καρικοτειχίτης in Libya, Νεοτειχίτης in Mysia, Σεῤῥειοτειχίτης (quod etiam Σεῤῥατειχ. a forma Σέῤῥα), Χωλοτειχίτης in Caria.

ab adjectivo et πάγος: Κυχρεοπαγίτης ex Κυχρεῖος πάγος prope Salaminem, et Ἀρειοπαγίτης.*) De hoc nomine varia veteres technici protulerunt, ut Apollon. synt. III, 5, 200; id. de Adv. 587, 21: Schol. A. Il. 5, 19; cf. etiam Steph. B. s. v. Διοσκούρων et Ὠκεανός. Lobeck. Ind. quaest. litt. Regim., Januar. 1848. p. 10. Ἀρεοπαγίτης erat forma Atticis vulgaris, Lob. Phryn. 697.

ex adjectivo et urbis nomine: Καρικομεμφίτης i. e. Μεμφίτης ἐκ τοῦ Καρικοῦ, quod est Memphidis suburbium, sive mavis Κὰρ ἐκ Μέμφιδος.

ex adjectivo et βῶλος: Ἐρυθροβωλίτης ab Ἐρυθρὰ β. in Aegypto.

ab adjectivo et δρόμος: Ἀχιλλειοδρομίτης in Taurica, Steph.

§. 74.] 4. A composito vocis πόλις multa fiunt parasyntheta, quorum duo tantum sunt appellativa: αὐτοπολίτης Freistädter (αὐτόπολις est ap. Thuc. substantive: civitas libera), et μητροπολίτης Hauptstädter, postea urbis principalis episcopus. Ad explicandam vocem οὐρανοπολίτης Himmelsbürger, quam theologi inferioris aetatis receperunt, quum οὐρανόπολις non inveniatur, recurrendum erit ad corruptionem quandam ex: οὐρανοῦ πολίτης, cui simile est in §. sequ. Ἡλιουπολίτης et Ἡλιοπολίτης cet.

Praeterea haec fere gentilia ab urbibus, quorum nomina composita sunt cum πόλις, et primum quidem per vocalem ο conjuncta:

Ἀκροπολίτης in Libya, Steph.
Δικαιοπολίτης in Thracia, Suid.
Ἐλευθεροπολίτης in Palaestina, Steph.
Ἑλληνοπολίτης in Bithynia, id.
Καροπολίτης in Caria, id.
Κουροπολίτης in Caria, Steph.
Λεοντιοπολίτης in Aegypto, Strab. (dist. §. 75.)
Μανδροπολίτης in Phrygia, Steph.
Μαρκιανοπολίτης in Moesia, in nummis.
Metropolitae in Thessalia, Caes.
Νικοπολίτης in Acarnania, Steph.
Ξυλοπολίτης in Macedonia, Ptol.

*) Scribitur etiam Ἀρεοπαγίτης Plut., Schol. Soph., Ἀρεοπαγείτης in Inscr., vel etiam Ἀρεωπαγίτης, vid. intpp. ad Suid. Ipse vicus vulgari lingua dicebatur Ἄρειος πάγος, Ἄρεος π., Ἄριος π., Ἄρηος π. cf. Corp. Inscr. et Keil. spec. onom. p. 102. Ἀρειοπάγου secunda positione conjunctim scribitur saepius in Inscr., quamobrem etiam apud Ciceronem Ariopagus legere vult Orellius; eadem lectio est in quibusdam Senecae MSS. Ariopagitae non tantum apud Cic. sunt, sed etiam in Athenaeo est var. lect. Ἀριοπαγίτης, cf. Bergm. ad Isocr. Areop., ed. Benseler.

Ὀλβιοπολίτης in Scythia, Herod.
Παρθενοπολίτης in Macedonia, Steph.
Πονηροπολίτης in Thracia, id.
Πυθοπολίτης in Caria etc., id. et Plut.
Σκυτοπολίτης in Libya, id.
Ταυροπολίτης in Caria, id.
Τρεμιθοπολίτης in Cypro, id.
Φαγρωριοπολίτης in Aegypto, id.
Φιλιπποπολίτης in Thracia, id.
Φινοπολίτης in Thracia, id.
Χρυσοπολίτης in Cilicia, id.
Χυτροπολίτης in Thessalia, id.
Juliopolites in Phrygia, Plin.
Latopolites in Aegypto, idem.*)

Deinde per vocalem α composita, haec faciunt parasyntheta: Τετραπολίτης in Attica; Βιθυνιαπολίτης in Bithynia?, Steph., mirum anomalum, quum urbs sit Βιθυνόπολις. Ἱεραπολίτης in Syria etc., Strab., Plin., et apud Macrob. Hierapolitani; (Ἱεράπολις non disjungitur.)**)

Deinde per vocalem ε: Βεργεπολίτης prope Abdera, Steph.

per vocalem ι: Ἀμφιπολίτης in Macedonia, in nummis; Θαψιπολίτης prope Chalcedonem, Steph.; Καλλιπολίτης in Aetolia, Herod.; Τριπολίτης et —λῖτις in Phoenice, Strab.

per diphongum ου: Γαβαουπολίτης in Galilaea, Steph.; Ὀδιουπολίτης prope Heracleam P., id

praecedente littera consonante: Διοςπολίτης in Aegypto, etiam ap. Plin. Diospolites (Διόςπολις numquam disjuncte scribitur); Ὑαμπολίτης in Boeotia, Xenoph.

§. 75.] 5. Sunt quaedam urbium nomina modo composita, modo juxta tantum posita, a quibus paronyma fiunt illis similia: Ἀφροδίτης πόλις et Ἀφροδιτόπολις in Aegypto, inde Ἀφροδιτοπολίτης; Γυναικῶν πόλις et Γυναικόπολις in Aegypto, inde Γυναικοπολίτης, Strab., Plin.

Δούλων πόλις et Δουλόπ. in Libya et Creta, inde Δουλοπολίτης, Steph.

Μεγάλη πόλις Dem., Pol.; Μεγαλόπολις Xen., Strab.; —λίτης Dem., Pol.

Etiam propiora sibi sunt Ἀνταιούπολις ap. Ptol., unde fit Antaeupolites ap. Plin., et Ἀνταιόπολις ap. Steph., unde Antaeopolites ap. eundem est. Plerumque autem ab —ούπολις est —οπολίτης, cf. §. sq. Ἑρμόπολις Aegypti, quae etiam Ἑρμούπολις, Herodoto est Ἑρμέω πόλις disjuncte, unde non solum fit Ἑρμοπολίτης (var. l. Ἑρμεοπολίτης), sed etiam Ἑρμέω πολίτης ap. Steph. — Ἀλεξανδρόπολις dicit Plut. al., Ἀλεξάνδρου πόλις Steph., hanc formam secutus est poëta in Anthol. App. 244. dicens propter metrum: Ἀλεξάνδροιο πολίτης; Tzetzes scribit Ἀλεξανδρούπολις, ut Diod. Ἡλιούπολις, Phot.- Θεούπολις, Κωνσταντινούπολις, imo Ἑλενούπολις et Μεγαλούπολις a femininis, quare omnis haec compositio vituperatur in Crameri anecd. III, 361. Certe apud Herod. rectius scribitur disjuncte Ἡλίου πολίτης, ut Ἑρμέω πολίτης; postea increbuit Ἡλιοπολίτης, ut est apud Aelianum, Plin., Macrob. A Δομετιούπολις Steph. ducit Δομετιοπολίτης, a Μιλητούπολις item Μιλητοπολίτης, a Λητούπολις — Λητοπολίτης; Πομπηϊοπολίτης non solum ad Πομπηϊόπολις videtur pertinere, sed etiam ad Πομπηϊούπολις, quae altera urbs est. Νειλοπολίτης a —όπολις, quae etiam Νείλου πόλις, et eodem modo se habentia

*) His simillimum Κορακονησίτης a Κορακόνησος in Libya, Steph.
**) Apud Steph. legitur etiam Ἱεροπολίτης, cui simile est Ἱεροκωμήτης ab Ἱερὰ κώμη in Caria, ap. eundem.

Διονυσοπολίτης, Ἡφαιστοπολίτης, Κυροπολίτης, Μαιανδρουπολίτης, Μιλητοπολίτης, Προξενοπολίτης, Τιβεριοπολίτης. Νεάπολις, a quo fit Νεαπολίτης, conjuncte scribitur ap. Polyb. et Strabonem, non conjuncte ap. eundem Strab., Herod. et Thucyd. Ab Ῥοδία πόλις incolae sunt sec. Steph. Ῥοδιεῖς, in inscriptionibus Ῥοδιαπολειται vel Ῥοδιοπολειται. (Plinius urbem Rhodiopolim nominat. De varietate vocalis v. Lob. Phryn. 605. 665. Rangabé Ant. Hell. p. 302.)

His subjungimus praeterea: Ἱππακρίτης ab Ἱππούακρα in Libya, Steph.*)

§. 76.] 6. A nominibus urbium ex genitivo et πόλις fiunt haec: primum ex genitivo in ου, et πόλις:

Ἀδαροπολίτης in Perside, Steph.	Ἀντινοπολίτης in Aegypto, id.
Ἀδριανοπολίτης in Thracia, id.	Ἀρχανδροπολίτης in Aegypto, id.

Κωνσταντινουπολίτης, cf. §. 75. His possunt adjungi Ἀμικουνησίτης et Βακχονησίτης in mari rubro, et Ἡφαιστονησίτης in Adiabene; Ἀβωνοτειχίτης in Paphlagonia, Γορδιοτειχίτης in Phrygia, Ἐλαιοτειχίτης et Ἱπποκωμήτης in Lycia.

Ex genitivo in —ων plurali, et πόλις:

Ἀκανθοπολίτης in Aegypto (urbs plerumque nominatur Ἄκανθος), Steph.

Ἡρωοπολίτης in Aeg., Strab., Steph., Plin.	Κυνοπολίτης ibid., iidem.
Κροκοδειλοπολίτης in Aeg., Steph., Plin.	Λυκοπολίτης ibid., Steph.; —litanus, Macrob.

Comparari his potest Διοσκουροκωμήτης in Libya, Steph., et Κυνονησίτης ibidem, Πιθηκοκολπίτης prope Carthaginem.

Ex genitivo in —ας: Εἰλειθυιοπολίτης in Aegypto, Steph. (Plin. tantum habet Ilithyopolis); et ex gen. in —ως unicum: Βαδεωπολίτης in Arabia, Steph.

Ex genitivo in —ος et πόλις omisso σ: Πανοπολίτης a Πανός et Πανῶν πόλις, Plin., Strab., Steph.; Διοπολίτης var. lect. pro usitata Διοσπολίτης; Ἡρακλεοπολίτης Aelian., Phot.; Steph. non solum habet Ἡρακλεούπολις, sed etiam Ἡρακλεουπολίτης (leg. sec. Lobeck. —κλεωπ—); Ἀπολλωνοπολίτης Aelian., Steph., Plinio Apollopolites et Apollinopolites. Huic simile est Ἀπολλωνιερείτης (de diphthongo cf. Διοσιερείτης §. 63) ex Lydiae urbe, cujus nummi exstant; cf. Eckhel doctr. num. III, 93.**)

Adjungi etiam possunt haec: Δρακοντονησίτης prope Libyam, Steph.; Καλπολιμενίτης in Bithynia, id.; Καροκηπίτης in Thracia, id.; Μυρωνονησίτης in sinu Arabico; Πανοκωμίτης ad mare rubrum, id.; et paulo liberius factum: Ἀπολλωνησίτης (ut Apollopolites) prope Libyam.

A quibusdam urbium nominibus in —πόλις (maximam partem hybridis) non inveniuntur gentilia in —ίτης derivata, ut Areopolis, Cretopolis, Claudiopolis, Decapolis, Flaviopolis, Hadrianopolis, Magnopolis,

*) Aliter hoc nomen est atque Ἵππου κρήνη, quod a Latinis tantum conjungitur. Goettl. ad Hes. Theog. 6.

**) Non omittendum tamen videtur, tali nomine non locum solum, sed etiam Dei cultum significari, ita ut cum illo comparari possint Ἀπολλωνικέτης (Inscr. 3137.), Ζηνικέτης Strab., Ἰσμεινικέτης cet., cf. Keil. anal. epigr. p. 248.

Martyropolis, Pentapolis (solum adj. —litanus), Plotinopolis, Sebastopolis, Theodosiopolis, quae Graecis litteris scriptae vix ipsae inveniuntur. A Λατόπολις apud Plin. tantum est Latopolites, quod interdum confundebatur cum Letopolites.

XI. Quaedam mirabilia in formandis vocibus per terminationem —ίτης.

§. 77.] Interdum decurtatio aliqua terminationis fit in derivandis gentilibus, ut ab oppido Αὐενίων prope Massiliam fit Αὐενίτης pro Αὐενιονίτης, quod nimirum difficilius foret ad eloquendum. Eadem causa subesse videtur voci Καινίτης ab urbe Samnitica Καινίνη, et voci Μαχαιρίτης pro Μαχαιρούντιος ap. Jos., ex urbe Judaeae Μαχαιροῦς. Minus necessaria est mutatio in Ἀφθίτης ab Ἀφθαία urbe Aegypti, et Ἀφνίτης ab Ἄφνειον, quod est Phrygiae oppidum; πύλαι Μελίτιδες (non Μελιτίδες, Pap.) a demo Μελίτη prope Athenas; cf. §. 31.

A nominibus locorum parathetis interdum breviora formantur gentilia, ut Νικιώτης (s. Νικεώτης) a Νικίου κώμη quae est in Aegypto, et in eadem terra Ἀργεώτης ab Ἀργέου νῆσος, et Χαιρεώτης a Χαιρέου πόλις, κατ' ἔλλειψιν, ut ait Steph.; cf. §. 82. extr.

E contrario aliquoties justo longius est vocabulum derivatum, non solum una littera addita, ut ap. Jos. Ἀννανίτης et Καρνανάτης, a locis Ἄννα et Κάρνα, (Φαρανίτης autem a Φαράν), sed etiam tota voce adjecta, ut ab Ἀγκυρών ap. Steph. gentile fit Ἀγκυροπολίτης, ab Ῥοδία in Inscr. Ῥοδιαπολίτης sive potius —λείτης (ap. Steph. Ῥοδιεύς), ubi veri est simile, Stephanum omisisse longiora urbium nomina Ἀγκυρόπολις et Ῥοδιάπολις, quorum hoc apud Plin. revera scribitur; cf. §. 75.

XII. Terminationes similes, quibuscum terminatio —ίτης commutatur.

§. 78.] 1. —ίτης, —ίτη, —ιτος: ἐσχαρίτην accus. (gebrat. Fleisch) in versione LXX. virorum, (II. Reg. 6, 19.) nonnulli ad nom. ἐσχαρίτη retulerunt, quum tamen rectius referatur ad ἐσχαρίτης. Etiam Νηρίτη ap. Aelian. (cf. Gesneri ind.) corrigatur necesse est in Νηρίτης. Tamen non solum barbara nomina in —ίτη aliquoties desinunt, ut Δοκιμίτη (pro Δοκίμεια) in Phrygia, (Steph. s. v. Σύνναδα), Τυριτακίτη ad Pontum, sed etiam semigraeca, ut Πορφυρίτη in Arabia, Ἀρτεμίτα in Assyria et inter Echinades insulas, Μελίτη vario sensu, cf. Papii Lexicon. Et apud Romanos quum ciborum arte factorum nomina, imprimis placentarum, feminino genere solerent nominari, ex masc. Graecis factae sunt: sphaerita (§. 8.) et zomoteganite. (τηγανίτης §. 20.)

Terminatio —ιτος prope accedit ad —ίτης in his: Ἄγχιτος qui dicitur apud Diog. L., apud Empedoclem primam sequitur declinationem: Ἀγχίτης, G. —τεω. Ita pro nomine usitato Ἐπαφρόδιτος in nummo ap. Mionn. legitur Ἐπαφροδίτης. Et Ἐπάριτοι qui alias dicuntur, ap. Steph. sunt Ἐπαρῖται, ἡ δὲ πόλις αὐτῶν Ἔπαρις ἔδει, οὐχ εὕρηται δέ.; cf. §. 33.

§. 79.] 2. —ίτης, —ος, —ιος, —αιος. Apud Josephum Σίκημος dicitur incola urbis, quae alias ipsa id nomen habet; Steph. incolam nominat Σικημίτης. Asculi civis est Ἄσκλος et Ἀσκλίτης. Ab urbe Cretae Δραγμός derivatur gentile Δράγμιος, sed Δραγμίτης ἄμεινον sec. Steph. Ab urbe Achajae

Ἑλίκη derivatur per abundantiam terminationis Ἑλικώνιος et —νίτης, pro Λίξιος (in Libya) dicitur Λιξίτης et Λιξάτης, pro Γάβιος Γαβίτης apud Dionys. Hal., qui ejus formae amantior videtur; his adjungi possunt nonnulla alia ab adjectivis ducenda, §. 24. sqq. A nominibus per —νησος compositis plerumque fit —ιος, ut Ἑκατοννήσιος, Ἱππονήσιος, Μυονήσιος, Πατροκλονήσιος, Πελοποννήσιος, Προκοννήσιος, haec sine varietate; contra pro Δρακοντονήσιος, Ἱερονήσιος, Χερσονήσιος etiam forma longior in —ίτης in usu est. Ἀνθηδόνιος vero ab Ἀνθηδονίτης distinguitur, illud Boeotiae, hoc Syriae urbi tribuitur.

Similiter —αῖος et —ίτης commutantur in his: Σιγγαῖος et —γίτης, Κυρηναῖος et —νίτης, Γεφυρωταῖος et —τίτης, Ναπαταῖος et —τίτης, Παγασαῖος et —σίτης, Πλαδαραῖος et —ρίτης, Παρωραῖος et —ρίτης, —ρείτης, —ρεύς, —ραιάτης, Ἐρυθραῖος de Ionum urbe Ἐρυθραί, Ἐρυθρίτης de urbe Cyrenaica Ἐρυθρόν; immo Μυρωρονησαῖος et —σίτης. De voce Euripidea ἀντραῖος Steph. sententiam dicit: ἔδει ἀντρίτης, ὡς λίκνον λικνίτης, et idem: Ναπατίτης ἔδει (scil. τῷ τῆς χώρας τύπῳ, sunt enim Napatae in Libya), ἔστι δὲ Ναπαταῖος.

§. 80. 3. —ίτης, —έτης, —ότης, —ώστης. Per terminationem —έτης ducuntur paronyma: a prima declinatione, ut φυλέτης ex eadem Atticae tribu, ἀρχέτας θρόνος Herrscherthron, Eurip., νυμφέτας id.; Ἀτριέτης ex Etruscorum oppido Ἀτρία; Τραμπυέτης a Τράμπυα loco Epiri; — a secunda declinatione: Ἰέτης ex Io insula, οἰκέτης et οἰκέτις (περιστερά) Soph. fr., domesticus, maxime de servis, Γλαυκέτης Atheniensis nomen, Aristoph., Dem.; — quibus accenseri possunt verbalia: γενέτης parens, Soph.; εὑρετής fem. εὑρέτις Soph. fr.,*) ἱκέτης et ἱκέτις Soph., λαμπέτης, ναέτης incola, Androt., ὀφειλέτης debitor, Soph., qui etiam ὁμευνέτις Αἴαντος dicit.

Rara est terminatio —ότης, ut ἱππότης Κολωνός, et δημότης aliquoties ap. eundem Sophoclem legitur, qui et ἀγρότης, immo ἀγρώστης ὄχλος dicit, talium terminationum amantissimus; cf. sequ.

§. 81.] 4. Terminatio —ᾰτης et —ᾱτης: ἐργᾰ́της operarius, legitur ap. Soph., ἐργᾰ́τις ap. eundem et in Anthol., συνεργᾰ́τις ap. Eurip., haec a verbo deducta.

A nominibus primae declinationis in α: ἀγυιᾱ́της et —ᾶτις, Pind., Eur., Αἰβουρᾱ́της, Αἰγειρᾱ́της, Ἀκαῤῥάτης, Βουκιννᾱ́της, Γενοάτης, Θεισοάτης, Καπιννᾱ́της, Κιβυρᾱ́της, Λιξᾱ́της, Λυκοάτης, Μεσολάτης, Μεσσοάτης, Μεσπιλάτης, Οἰνάτης, Πισᾶτις, Πολάτης, Πτελεάτης, Ῥεσινᾱ́της (melius quam —ναῖος sec. Steph.), Ῥαβεννάτης, Σπινᾱ́της, Ὑδράτης, Φιλᾱ́της.

A nominibus primae decl. in —η: Pro Γενεσαῖος melius est Γενεσάτης, διὰ τὴν χώραν (Laconicam), ut ait Steph.;**) Ἰθωμάτας Dorica est forma pro Ἰθωμήτης; Κραναάτης, cujus sonus mirationem movere potest, non dictum esset, nisi Dorienses Peloponnesii eam formam vehementer adamassent; Οἰνωάτης. Φιδηνάτης et alia similia Latino sermoni quasi concessa sunt.

A pluralibus in —αι: Αἰράτης, Θαλαμάτης, Καρυάτης, Καφυάτης, Μοναβάτης, Πυλᾶτις, Πιτανάτης.

---

*) Masculinum propter accentum σεσημείωται, ut dicit Etym. Gud. v. ἵκω, praemissis his: τὰ εἰς της λήγοντα ἀρσενικὰ βαρύτονα βραχεῖ παραληγομένῳ, καὶ ἁπλᾶ ὄντα, οἷον γενέτης, δεσπότης, ἱκέτης.

**) Idem s. v. Φυτεάτης: ὁ γὰρ τύπος Ἀρκάσι συνήθης.

A nominibus secundae declinationis: a femininis Οἰάτης, Πριονερνάτης, a neutris Βοιάτης, Μεταχοιάτης, a neutro plurali Σιγγνάτης.

—άτης et —ίτης promiscue dicuntur in quibusdam nominibus: Βιλβινάτης, Λιξάτης, Ναπάτης, Σιβδάτης, Χελωνάτης. Vocem Τυρίτης Stephanus derivat a forma ficta Τύρις, ἔδει παρὰ τὸν Τύραν Τυράτης.

§. 82.] 5. Terminatio —εάτης primum oritur a prima declinatione: a nominibus in —εα: Ἀλεάτης, Ἀσεάτης, Θυρεάτης, Μαλεάτης, Ταριχεάτης (urbem praeterea Strabo scribit Ταριχεία), Τεγεάτης, Ὑδρεάτης; tum correpta diphthongo ex —εια: Αἰνεάτης, Αἰπεάτης, Ἀντεάτης, Ἀρδεάτης, Ἀρεάτης, Αὐγεάτης, Μιδεάτης, Μυρλεάτης; — a pluralibus in —εαι: Ἀρνεάτης, Γαθεάτης, Κεδρεάτης, Κορσεάτης, Κροκεάτης, Μακαρεάτης, Πλυνεάτης, Τραγεάτης, Τυπανεάτης; a plur. in —ειαι: Κεγχρεάτης, Ὀρεάτης. Unum a simplici —α ductum est Δεῤῥεάτης. Λαμπεάτης etiam per diphthongum scribitur.

a femininis secundae declinationis Ἐρινεάτης, Φενεάτης, a neutris: Πτελεάτης, et correpta diphthongo ει: Γυθεάτης, Σεῤῥεάτης, Φυτεάτης.

a tertiae declinationis voce in —ας: Πανεάτης.

a nomine paratheto Μόψου ἑστία fit brevior forma Μοψεάτης, cf. §. 77.

§. 83.] 6. Terminationes —ειάτης et —αιάτης. —ειάτης ducitur a nominibus primae decl. in —εια: Ἀγαμειάτης, Αἰθαλειάτης, Ἀκμονειάτης, Ἀμφιγενειάτης, Βατιειάτης, Γερανειάτης, Γηρειάτης, Ζελειάτης, Ἰλουργειάτης, Κορωνειάτης, Κρανειάτης, Λαμπειάτης (§. 82.), Λαμπετειάτης, Πλατειάτης, Ῥοβειάτης, pro quo etiam Ῥοβείτης et Ῥοβηίτης dicebantur.

a neutro plurali est: Καρνειάτης, et a terminatione —ων Steph. habet Καυλωνειάτης.

Terminatio —αιάτης sequitur nomina feminina in —αια: Ἀστυπαλαιάτης, Βαιάτης, Ζαιάτης, Μαιάτης, Ποτιδαιάτης, Ῥοξονοκαιάτης, Χαλκαιάτης, — in —αιαι: Πλαταιάτης, sed a simplici —αι producitur in his: Εὐναιάτης, Ῥοδαιάτης; — a masculino in —αιεύς: Πειραιάτης, et fortasse a simplici —εὺς vel —αῖος: Παρωραιάτης.

§. 84.] 7. Terminatio —ιάτης. Etiam hanc fuisse Arcadibus propriam, declarat Steph. s. v. Δελφουσιάτης, quae a feminino in —ῖα facillime provenit; eadem ratione facta sunt:

Ἀκμονιάτης, (—ειάτης et —ίτης.)	Ἰουερνιάτης,	Νηκουιάτης,	Ῥωμυλιάτης,
Ἀπολλωνιάτης,	Καστανιάτης,	Νικωνιάτης.	Ταρχιάτης,
Ἀσιᾶτις,	Καυλωνιάτης,	Ξιλιάτης,	Τισιάτης,
Βραχιάτης,	Κυδωνιάτης,	Ξιφωνιάτης,	Ὑριάτης,
Βρυστακιάτης,	Μαγιάτης,	Ξουθιάτης,	Ὑρκανιάτης,
Γορδυνιάτης,	Μαραθωνιάτης,	Ποσειδωνιάτης.	Ὑσιάτης,
Διωνιάτης,	Μιλωνιάτης.	Ποτιδανιάτης,	Φαβιάτης,
Ἐλανιάτης,	Ναξιάτης,	Ῥιζηνιάτης,	Φιάτης,
Ζειρινιάτης,	Ναρνιάτης.	Ῥιθυμνιάτης,	Ὠστιάτης.

A pluralibus in *—ιαι* sunt fere haec: *Βρασιάτης, Βρικιννιάτης, Καπριάτης, Φημιάτης.*

A secunda declinatione haec: ab *—ιοι: Θουριάτης,* — ab *—ιον: Ἀρτεμισιάτης, Βιθυνιάτης, Δαννιάτης, Ἐλυμνιάτης, Κυτινιάτης, Λαβινιάτης, Λακινιάτης, Πλημμυριάτης* (etiam *—ράτης*). A neutro plurali est *Βαργυλιάτης.*

A simplici *—η* provenit *Σπαρτιάτης, Σπαρτιᾶτις,* a simplici *—α: Ἐχειλιάτης, Καλυμνιάτης,* a simplici *—ος: Ἠδωνιάτης, Κολωνιάτης,* a simplici *—οι: Λουσιάτης.*

Contra *—ιάτης* fit ex terminatione *—εια* in his: *Βοβωνιάτης, Κυνετιάτης, Κωνσταντιάτης, Ῥιθυμνιάτης,* et ex terminatione *—αιον* in *Παντικαπιάτης.* Terminationi *—ων* additur *—ιάτης* in his: *λειμωνιάτης* et *—ᾶτις* lapis viridis, *Αἰσωνιάτης* et *Κροτωνιάτης.* Sub v. *Ἰάμνια* Steph. dicit de gentili: *ἔδει Ἰαμνιάτης, ἔστι δὲ καὶ Ἰαμνίτης καθ' ὕφεσιν τοῦ α. τὰ γοῦν καθ' ὕφεσιν τοῦ ᾱ διὰ διφθόγγου εἰσὶ πλὴν τοῦ Ἰαμνίτης καὶ τοῦ Δαννίτης.* Idem rursus s. v. *οἶκος* etiam nominat formam *οἰκιάτης, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ ἀπὸ τοῦ οἰκίτης.* Et sub v. *Φάσις: ἔδει Φασίτης,* — *καὶ πλεονασμῷ τοῦ ᾱ Φασιάτης.* Idem dicit de duplici forma *Νωνακρίτης* et *—κριάτης.* Ab urbe Laconica *Φάρις* est *Φαρίτης,* Paus. vero dicit *Φαριάτης,* fortasse ut distinguantur hujus urbis cives ab incolis Phari, qui apud Caesarem sunt Pharitae, alias *Φάριοι.* Ab urbe *Ἄζωρος* item deducitur et *Ἀζωρίτης* et *Ἀζωριάτης,* Strab., Diod.; *λειμωνίτης* dicitur pro *λειμώνιος,* et praeterea *λειμωνιάτης,* et apud Plin. leimoniatis est gemma viridis.

§. 85] 8. *—ίτης* et *—ιστής.* Interdum sine dubio male scribitur *—ιστής,* ubi nemo cogitabit de actione verbi, ab hoc enim verbalia fiunt in *—ιστής.* Ita corrigendum erit ap. Philostr. *κολπιστής* vel *κολπίστης* sinus accola, (*φιλοδειπνιστής* tolerari potest, quamquam proprie dicendum fuit *φιλοδειπνίτης,* cf. §. 69.) Qui apud Suidam leguntur *ἐθνῖται* Stammgenossen, ap. Hesych. minus recte scribuntur *ἐθνισταί,* et in Anthol. pro *Κανωπιστὰ θεός* sine dubio scribendum *Κανωπίτας.* Rursus discrimen interest inter *ὀρφνίτης* et *ὀρφανιστής,* nam *ὀρφανισταί εἰσιν οἱ τοὺς ὀρφανοὺς τρέφοντες* (Schol. Soph. Aj.), et *ἐλαΐτης* num inferiore aetate cum *ἐλαΐστης* Olivensammler confusum sit dubitationem habeo. (Jac. Anthol. 8, 182.) *βηματιστής* de oratore dictum, fortasse a verbo inusitato *βηματίζειν* possit derivari, ita ut oratorem nimis eloquentem significet; et similiter *Ἡλιαστής* non opus est recto itinere ab *Ἡλιαία* ducere, sed a verbo quodam *ἡλιάζειν,* in Heliaea judicis officium habere. In vocibus *στασιώτης* et *στασιαστής,* quorum illud paronymum est, hoc verbale, notandum erit secundum Moeridem, illud esse Atticum, hoc communis dialecti. Qui Aetolorum partes sectatur, a verbo *αἰτωλίζειν* dicitur *Αἰτωλιστής,* in Stephani MSS. minus recte *Αἰτωλίτης,* falso *Αἰτωλιτής*; rursus incolae urbis *Λύγκος* (in Epiro) falso scribuntur *Λυγκισταί* ap. eundem. Idem sane dicit: *Ἐορδοί, ἐκλήθησαν καὶ Ἐορδισταὶ ἀπὸ τοῦ ἐορδίζω, ὡς Λυδὸς λυδίζω,* ita ut paene conjiciamus, inferiore linguae aetate formam *—ιστής* in usu fuisse pro simplici nomine gentili, non autem sensu assectarum, nam verbum *ἐορδίζω* numquam omnino dictum putaverim.

§. 86.] 9. *—ίτης, —ίδης, —ιάδης.* Etiam in his terminationibus discernendis haud parva est difficultas, quum nonnullis locis altera alteri tam propinqua sit, ut fines vix possint dignosci. *Ἑρμοκλείτης* sane in Anthol. quum ferri non possit (Keil. anal. p. 120.), *Ἑρμοκλείδης* erit nominandus, et Photii *Συβρίται* sunt demos Atticae *Συβρίδαι* (cf. Inscr. 281.), sed ea ipsa res mirationem movere possit, quod demorum nomina topica plerumque patronymicorum formam induunt, ut *Βερενικίδαι, Εἰρεσίδαι, Ἐχελίδαι, Εὐπυρίδαι, Ἰωνίδαι, Κρωπίδαι, Κυδαντίδαι, Σημαχίδαι, Σκαμβωνίδαι, Τιτακίδαι, Τυρμίδαι, Χολλίδαι* etc. Magis mirabilia sunt alia gentilia, ut *Ἰδηίδαι* Idae montis incolae, ibidem *Δαρδανίδαι, Πηδασίδαι, Ὀδρυσίδαι* Odrysae in Thracia, *Ἐρεβίδαι* Lotophagorum tribus, *Ζωβίδαι* in Carmania, *Τευθίδαι* in Arcadia ab opp. *Τευθίς*; et Astaci Bithyniae urbis incola nominatur et *Ἀστακίδης* et *Ἀστακηίτης.* Ita etiam *Βορυσθενῖται* sunt apud Propert. Borystenidae propter metrum dicti. Similiter *Δόλογκοι* Thraciae gens, etiam *Δολογκιάδαι* ap. Steph. citantur, ex poëta quodam epico, ut videtur, et *Βερενικιάδαι,* a quibus discernendi Attici *Βερενικίδαι.* Foeni species *ὀδοντίδης* (Steph. Thes.) et syrtides, i. e. Syrtidi vicinus, quod ap. Plin. legitur, scribenda videntur *ὀδοντίτης* et syrtites. Contra *βαλβιτώδης* videtur elocutionis varietati et delectationi tributum pro *βαλβιδώδης*; cf. §. 34.

Interdum tamen terminatio *—ίτης* omnino originem paternam significat, ita ut pro *—ίδης* posita sit: *Ὠκεανίτης* Oceani filius, Steph., et ejus filia Oceanitis, Virg.; *Νηρίτης* juvenis a Neptuno et Venere amatus, Nereï filius putandus est ap. Aelian.; *Κυκνίτης σημαίνει τὸν τοῦ Κύκνου,* nimirum filium. Etym. Gud.; *Καρκινίτης* Carcini filius ap. Aristoph., fortasse cum allusione ad nomen geographicum, ut solet Comicus. Praeterea apud Steph. commemorantur *Κεκροπίτης* pro *—πίδης,* immo fem. *—πίτις* (sic), Atheniensis, et eodem sensu *Μοψοπίτης* a rege, cujus nomen *Μόψοψ* (quod vehementer mirum) prima positione numquam sit usurpatum.

§. 87.] 10. *—ίτης* et *—ίας.* Saepenumero ab eadem stirpe paronyma fiunt per has terminationes: *γαλακτίτης* et *γαλαξίας, θαλασσίτης* et *—σσίας, κερατίτης* et *—τίας, κυκνίτης* et *—νίας,* flumen *Ὁπλίτης* et *Ὁπλίας, πιτυρίτης* et *—ρίας* etc., quibus ex Plinio addi possunt lapides: carcinias, cantharias, chalazias, icterias, myrmecias, ostracias etc. Omnia enumerare et longum est et inutile. *τρωματίτης* autem ap. Herod. falso scribitur pro *τρωματίης,* qualis est dialectus Ionica; falso etiam in Lex. Passowii al.

§. 88.] 11. *—ίτης, —ινός, —ηνός.* *Ἀμπελῖνος* sec. Steph. dicebatur *τύπῳ Ἰταλικῷ* pro Graeca forma *Ἀμπελίτης*; idem docet: *Νισιβηνὸς, καὶ ἔδει Νισιβίτης, ἀλλ' ὁ τύπος Αἰγύπτιος καὶ Λιβύης, ὁ δὲ διὰ τοῦ ηνος παρὰ τὸν Εὐφράτην καὶ τὴν ἕω.* A Strabone Armeniae regio et *Φαυνῖτις* nominatur, et *Φαυνηνή.* Ab Argante loco Indiae item et *Ἀργαντίτης* est, et *Ἀργαντῖνος* apud Steph., rectius *—τηνός,* ut monet Papius. Sed Steph. alio loco dicit: *Ταξιλίτης τῷ τῆς χώρας τύπῳ, καὶ Ταξιληνὸς, (τῷ δὲ παρ' ἡμῖν Ταξιλεύς)*; — contra: *Ταρσηνοί* ab urbe Hispaniae *Ταρσήιον, ἔδει —σηίτης ἢ —σηιώτης* (cf. §. 55.). A nomine *Ἀλεξάνδρεια* tot urbibus tributo non solum *Ἀλεξανδρεύς, —δρῖνος, —δρεώτης* factum, sed etiam *Ἀλεξανδρίτης,* quo usum fuisse e. gr. Eratosthenem dicit Didymus ap. Steph.

—άτης et *—ηνός* proxima sunt in urbe Arabiae *Ζόαρα: Ζοαρηνοὶ διὰ τὸν ἐγχώριον τύπον καὶ Ζοαρᾶται, οἱ γὰρ δύο τύποι Ἀράβιοι.*

§. 89.] 12. *—ίτης, —εύς, —ιεύς.* Ab *Ἄζωρος* urbe Macedoniae fit *Ἀζωρίτης, Ἀζωριεύς, Ἀζωριάτης*; Steph. dicit *Ὑδρηλεύς* et *Πιναρεύς,* Plin. Hydrelitas vocat et Pinaritas. *Αἰτομαλακίτης*

sec. Steph. dicendum *διὰ τὴν χώραν* (Libyam), *τῷ δὲ καθ' ἡμᾶς τύπῳ —κεύς*. *Τριχωνίτης* et *—νῖτις* rursus Stephano dicitur, Polybio *Τριχωνιεύς*, sine discrimine de Aetoliae oppido. Expressis verbis Polyb. citatur a Steph., quod ab urbe Aetolica Arsinoë non faciat *Ἀρσινοΐτης*, sed *Ἀρσινοεύς*, qua de re certi aliquid vix potest statui, quum decem illo nomine appellatae sint urbes. Pro *Τομίτης* (in Scythia), quod Steph. et Plin. habent, Strabo scribit *Τομεύς*, et *Τετραπολίτης* dicitur etiam *—λιεύς*. Discrimine tamen notanda haec: *Ἀζανίτης* ab urbe Phrygiae *Ἀζάνιον*, sed *Ἀζανιεύς* a loco Arcadiae *Ἀζανία*; — *Γαδαρῖτις* Palaestinae regio, sed *Γαδαρεύς* incola urbis *τὰ Γάδαρα* in Coelesyria; — *Τυανίτης* et regio *—νῖτις* in Aegypto, *Τυανεύς* de oppido Cariae; — *Ἠιονίτης* de loco Macedoniae, *Ἠιονεύς* de alio, qui erat in Chersoneso: — etc.

§. 90.] 13. *—ίτης* et *—ήτης*. Praeter nomen subst. *Γαζαῖος* sec. Steph. pro adjectivo dicitur *Γαζίτης*, *Γαζάτης*, *Γαζήτης*. Longum *α* apud poëtas interdum per ionismum solitum mutatur in *η*, ita ut e. gr. in Eurip. Androm. et *Ἀσιᾶτις γῆ* dicatur, et *Ἀσιῆτις γέννα*, ap. eundem in Iph. T. *Ἀσιήτας ὕμνος*. Pro *Βεμβινάτης* (prope Nemeam) etiam *Βεμβινήτης* dictum est *κατὰ τροπήν*, ut ait Steph., item pro *Σπινάτης* etiam *Σπινήτης* habemus ap. Strab. — In Anthol. pro *συνεργάτης* (Paul. Sil. ecphr.) non solum *συνεργέτης* legitur in MSS., quod tolerabile, sed etiam *συνεργήτης λαός*, quod reprobrandum.*)

Terminationes *—ίτης* et *—ήτης* saepissime commutantur, quum longum iota tam prope accedat ad eta, ut inferiore Graeci sermonis aetate sexcenties *η* scriptum inveniatur pro *ι* (*ἔχης* in Etym. Gud., etc.). *—ίτης* et *—ήτης* inveniuntur alternantia e. gr. in his: *βωλίτης* boletus, *γυμνίτης* et *—νήτης* apud Lycophr., *ἐνορμίτης* et minus recte *—μήτης* in Anthol., *κεφαλίτης* in lex. vet., *κεφαλήτης* ap. Hesych. (Lob. Phryn. 700. Hemst. Plut. 392), *λιπερνίτης* et *—νήτης*, *οἰκήτης* et *οἰκίτης*, et per pleonasmum ex hoc *οἰκιάτης*, *ποιμνίτης* et *—νήτης* Soph., *τεχνίτης* et *—νήτης*, **) deinde gentilia, ut *Γαγγίτης* et *—γήτης*. *Γαζίτης* et *—ζήτης*, *Δαφνίτης* et *Δαφνητικός*, *Κοροκονδαμῖτις* et *—μῆτις*, *Ἀρσινοΐτης* et *—ήτης*, *Ῥοδοΐτης* et *—ήτης*, *Συηνίτης* Strab. et *Συηνήτης* Steph., *Φαρανίτης* et *—νητικός*; in MSS. variant *Ἀδρηνίτης* et *—νήτης*, *Ἰνδικίτης* et *—ήτης*, al. Ita etiam *Ἀβουλίτης* Persarum praefectus per *ι* scribitur ap. Arrian., Plut., Curt., per *η* vero ap. Diod.

Haec rursus solam terminationem *—ήτης* habent et rejiciunt omnino *—ίτης*: *κηλήτης* an Geschwulst leidend, Synes. ep.; *κορυνήτης* Keulenträger, Hom. al.; *λιμνήτης* et *—νῆτις* im Sumpfe, Theocr.; *κομήτης* haarig, Soph.; *σφραγιδονυχαργοκομήτης* Stutzer, Aristoph.; *πλανήτης* unstät, Soph., quod si a verbo repetitur, *πλανητής* foret scribendum, ut *σφενδονητής*, *φοιβητής*; *ὑπηνήτης* bärtig; deinde ex gentilium numero: *Αἰγινήτης*, *Βεμβινήτης*, *Ἰήτης* (et *Ἰέτης*), *Νινοήτης*, *Οἰταιήτης* (pro *—ταῖος*), *Πισνήτης*, *Πλινθινήτης*, *Σιδήτης*, *Στοιήτης*, *Τριηρήτης*, in quibus hic illic, sed non ubique, ad evitandam cacophoniam (*ι —ι —ι*) terminatio *—ήτης* videtur esse praelata.

Λεοβήτης a *Λέρβη* habet gemellam formam *Λερβείτης* ab ejusdem urbis nomine *Λέρβεια*, sed *Ζηλίτης*

---

*) *συνεργαστής* cum Jacobsio scribere, quum non necessarium esset, tum contra metrum.

**) *κιανήτης* et *κιανίτης* in Schneid. et aliorum Lex. commemorata numquam in scriptoribus inveni.

est ab Aethiopum loco *Ζῆλος*, et *Ζηλήτης* ab Armeniae oppido *Ζῆλα*. Notandum est, a *Θρακῶν κώμη* et *Ἱερὰ κ.* formari *Θρακοκωμήτης* et *Ἱεροκωμήτης* (Steph. s. v. *Αἰγιν.* habet etiam simplex *Κωμήτης*, fortasse per breviloquentiam tantum dictum), contra a Novo Como apud Strab. derivari *Νεοκωμίτης*, cui formae se applicant Scythici *Ἑπτακωμῖται*, quorum locus nomine videtur carere, et *Ἱπποκωμίται* ab *Ἵππου κώμη*. *Νιγρῖται* etiam *Νίγρητες* dicti sunt, et *Βαρδυῖται* etiam *Βαρδύητες*. De *αἰχμητής* Etym. Gud. monet, id verbo esse propius (*αἰχμάζω*, rectius *αἰχμάω*), *εἰ γὰρ ἦν παρώνυμον ἀπὸ τοῦ αἰχμή, ὤφειλε βαρύνεσθαι, ὥσπερ ὑπηνήτης* etc. Sed *ζυμήτης* (pro *ζυμίτης*) paroxytonum tamen in eodem Lex. derivatur falso *παρὰ τὸ ζέω*.

§. 91.] 14. Terminatio *—ιήτης* in Ionum dialecto dicebatur pro *—ίτης*, ut *ὀφιήτης*, *ὀφιῆτις πέτρα*, *πολιήτης* non solum apud Hom. et Herod., sed etiam metri gratia apud poëtas posteriores, ut *πολιήτης* ap. Nonnum, *πολιῆτις* ap. Eurip. cet., similiter *λοφιήτης* in Anthol., quod facile potest a *λοφιή* derivari, *λοφίτης* enim non invenitur. Praeterea gentilia, a prima declinatione: *Ἀπολλωνιήτης*, *Ἀρπυιήτης*, *Κρηστωνιήτης*, *Σπαρτιήτης*, *Τεγεήτης*, a secunda in *—ιον* et *—ια*: *Βαργυλιήτης*, *Δουλιχιήτης*, *Καστνιήτης*, et per pleonasmum litterae *ι*: *Ἀστακιήτης* ab *Ἄστακος*; a tertia: *Κροτωνιήτης*, *Ἰουλιήτης*, *Ἱεραπολιήτης* et *—ιῆτις*, etc. — Ad haec

§. 92.] 15. Terminatio *—ιώτης* proxime accedit; ea ab appellativis interdum fit; a prima declinatione in *—ια*: *ἑστιῶτις αὔρα* ap. Soph., *στρατιῶτις ἀρωγή* ap. Aesch.; *κεφαλιώτης* vero, *μηχανιώτης* et *Ἀκτιώτης* a simplici *—η*; — a secunda: *ἀγριώτης*, *ἰδιώτης*, *ἡλιῶτις ἀκτίν* Soph., et ventus *ἀφηλιώτης*, et *πλεονασμῷ τοῦ ι σπαργανιώτης*, *νησιώτης* et *νασιῶτις ἑστία* Soph.; — a tertia: *πατριώτης* (Steph. *ὤφειλε πατρίτης, ἄμεινον δὲ πατριώτης*), *στασιώτης*, *ἀσπιδιώτης* (cf. §. 34.), quibus possit adnumerari *ποιμνιώτης* (et *ποιμνίτης*) *ὑμέναιος*. Quorum nonnulla tantum ad usum poëtarum sunt accommodata. Gentilium multo major numerus est; a prima decl. *Αἰλιώτης*, *Ἀστεριώτης*, *Γλαυκιώτης*, *Μυγδονιώτης*, *Νιτριώτης* (etiam *—ίτης*), *Θεσσαλιώτης*, *Κασταλιώτης*, *Λαμιώτης*, *Κωρυκιώτης* (correpta diphthongo *ει*), *Μασσαλιώτης*, *Μοψοπιώτης* (etiam *—πίτης, ἴσως δὲ καθ' ὕφεσιν τοῦ ω*, Steph.), *Οἰχαλιώτης*, *Παιταλιώτης*, *Πελασγιώτης*, *Σικελιώτης*, *Σφακτηριώτης*, *Φθιώτης*, — a secunda declinatione in *—ιον*: *Ἀστεριώτης*, *Δουλιχιώτης*, *Ζεφυριώτης* (*καὶ —ρίτης συγκοπῇ τοῦ ω*, Steph.), *Κασιώτης*, *Πηλιώτης*, *Σιλινδιώτης* (etiam *—δίτης*); *Λαυριωτικός*; deinde nonnulla a terminatione *—ος* sine iota, ita tamen, ut forma *—ιος* juxta posita inveniatur: *Ἐπιδαυριώτης*, *Ἰσθμιώτης*, *Κυνθιώτης*, tum parasyntheta per *νῆσος* facta: *Χερσονησιώτης*, promiscue dictum cum *Χερσονησίτης* ap. Xenoph., praeterea ap. Hephaest., *Ἡφαιστονησιώτης*; (numquam autem dici videtur *Ἁλονησιώτης*, *Μυονησιώτης*, *Πελοποννησιώτης* al., cf. §. 79.) a tertia declinatione: *Δειραδιώτης* (*—άδες*), *Βουσμαδιώτης* (*—άδις*), *Μυγδονιώτης* = *Μύγδων*, Athen., *Ναυκρατιώτης* (etiam *—τίτης* §. 37.), *Παρπαρωνιώτης* (*—άρων*).

§. 94.] 16. *—ώτης* praecedente consonante videtur maxime a nominibus secundae decl. in *—ος* derivari, ut: *δεσμώτης*, et *—μῶτις*, Soph.; *ἠπειρώτης* et *—ρῶτις γυνή*, Eurip.; *θιασώτης* forma Attica pro *θιασίτης* sec. Moeridem, (Salmas. obs. ad J. A. p. 146. etc.); *) deinde gentilia *Ἰρώτης*.

---

*) In Etym. Gud. omisso omnino vocabulo *θιασίτης* ita disseritur: *θιασώτας λέγουσι τοὺς περὶ Διόνυσον, ὤφειλε δὲ διὰ διφθόγγου* (in prima syll.) *γράφεσθαι, ἐτυμολογεῖται γὰρ παρὰ τὸ θεῖα ᾄδειν* etc. Ohe, jam satis.

Μαλλώτης, et a flumine: *Νειλώτης*, *—λῶτις* Aesch., Anthol. Unum *Γεραν‑θρώτης* ducitur a plurali primae declinationis.

§. 95.] 17. *—εώτης*, *—ειώτης*, *—αιώτης* formatur primum ab *—εαι* in his: *Βαλανεώτης*, *Βατανεώτης*, *Δασεώτης*, *Ῥαφανεώτης*; deinde per correptionem diphthongi *ει* ab *—εια* in his: *Ἀμασεώτης*, *Ἀχιλλειώτης*, *Ἡρακλεώτης*, *Μαρεώτης*, *Ποδαλεώτης*, *Τραχεώτης*, *Ἀλεξανδρεώτης*, *Ῥαφεώτης*, *Καραλλεώτης*, (alia urbis forma est *Κάραλλις*); praeterea per pleonasmum vocalis *ε* fiunt *Αὐλεώτης* ab *Αὐλαί* (ὤφειλεν *Αὐλέτης* ἢ *Αὐλίτης* Steph.); *Κανινδανεώτης* a *—δανα*, *Λαλισανδεώτης* a *—ανδα*, *Σαμψειρεώτης* (et *—ρίτης*) a *Σάμψειρα*, *Κοπραδεώτης* a *Κοπράδης*. *Αἰολεώτης* (et *Αἰολίων*) pro *Αἰολεύς*, eodem modo quo *Ἀμασεώτης* pro *Ἀμασεύς* dicitur; et a terminatione *—ία* est: *Καρπασεώτης*. Ab *—εια* plenius ducitur *—ειώτης* in *Ἀζειώτης*, *Ἐλιμειώτης*, quibus se applicat forma *Ἡρακλειώτης*, et *Ἀλεξανδρειώτης* ap. Steph., s. l. c. Simili modo a *βακχεῖος* fit longior paragoge *Βακχειώτης*, quod ipsius Bacchi nomen est ap. Soph. Praeter *Κωρυκειώτης* etiam *—κιώτης* scriptum invenimus.

Denique terminationem *—αιώτης* simpliciter a plurali *—αι* habent: *Βολβαιώτης*, *Κιβυῤῥαιώτης*, sed ab *—αια* unicum: *Ἱστιαιώτης*.

§. 96.] 18. *—ύτης* et *—ίτης*. Hadrianus imperator ut in monumento equi sui adamati (Orelli 824.) nomen scribit Boristenes, ita sexcenties a lapicidis et librariis per incuriam *ι* et *υ* commutata sunt: in nummo ap. Mionnet. legitur *Εὐτίχης*; apud Lactant. de div. praem. Polytes quidem consuluit Apollinem Milesium; ap. Lutat. ad Stat. Theb. duo Tauropolytae nominantur, qui —litae scribendi sunt sec. Gruter. (inscr. 309, 2 et 3.), —bolitae sec. Müllerum (Dor. 1, 152). Ita etiam artificis nomen *Γλαυκύτης* proprie sonuerit *Γλαυκίτης* (§. 53.), quamquam haec paragoge appellative non fuit in usu. Pauca tantum virorum nomina praeterea sunt in *—ύτης*, ut *Ἀνδρύτας* in Inscr. 7, et *Παρνύτης* Atheniensis, de quo tritum illud proverbium est. Appellativa haec: *πρεσβύτης* pro *πρέσβυς*, cujus declinatus est defectivus, *μωλύτης* pro *μῶλυς*, decrepitus, Anthol. Etiam ab urbe Africae *Μῶλυς* fit *Μωλύτης* (*καὶ Μωλυάτης*) *τῷ τύπῳ τῶν Λιβυσσῶν πόλεων*, Steph. Similiter ab *Αἴγυς* (Laconiae) fit *Αἰγύτης*, ab *Αἶπυ* (Messeniae) *Αἰπύτης*, a *Κῶβρυς* (Thraciae) *Κωβρύτης*, in quibus terminatio *—υΐτης* spernitur (§. 66.), *—ίτης* vero a sono stirpis nimis abhorruisset. — *ἱδρύτης* plane nihil est, cf. §. 35.

De his terminationibus eorumque discrimine et causis plura referri possint, sed non sine verborum multitudine. Ita etiam de variis significationibus terminationis *—ίτης* et similium longa est commentatio, quam, quia jam nimis creverunt opusculi pagellae, in posterum tempus necessario rejicimus.